1) Vatic. Urbin. Moscov. Paris. Medic. 1. 2. 3. edd. Aldi, Hopperi Αἰλανδον, et sic Guarinus *Lilandum.* Xylander reposuit Λήλαντον, quod Venet. tulisse videtur, et sic infra p. 448. et 465. constantius legitur, et hic etiam confirmat epitomes auctor p. 129. Huds. In prima syllaba eodem modo variatur lib. 1. p. 58. s. 155. ubi ι; nec aliter scribunt Aelian. V. Hist. 6, 1. et cum Scholiastis Homeri, infra ad p. 465. productis, Eustathius ad Il. 2, 537. p. m. 211. Il. 20, 76. p. m. 1270. ubi adeo a λιλαίομαι derivat. At τὸ η tuentur etiam Callimachus in Del. v. 289. cum Scholiaste, Theophrast. hist. plantar. 8, 8. et 10. et quod Plinius 4, 21. s. 12. *Lelantum* flumen novit. Plura ex aliis etiam dabunt Masvicius ad Polyaen. 1, 4. extr. qui tamen η et ι in usu promiscuo fuisse putat, et Alberti ad Hesych. T. 2. p. 463. ex cujus ratione η praeferri debet, quod et praeferendum censet Ilgen. ad Homer. in Apoll. Pyth. v. 42. p. 285. Cf. etiam Toup. emendatt. in Suidam Vol. 3. p. 304. (Oxon. 1790.) Nota autem commistio utriusque literae.

2) Medic. 2. 3. Paris. Σύλας. Post Medic. 2. ἐξέλιπεν.

imponentes, murumque et portas.

§. 9.

Supra Chalcidem situs est campus Lelantus, in quo aquae calidae erumpunt ad sanandos morbos aptae, quibus etiam Cornelius Sulla, Romanorum imperator est usus: mirabile etiam metallum

Euboea. ρεῦσιν ἀλλαχοῦ, συμβαῖνον· νυνὶ μέντοι ἀμφότερα ἐκλέλοιπεν. Ἔστι δὲ καὶ ἅπασα [3] μὲν ἡ Εὔβοια εὔσειστος, μάλιστα δ' ἡ περὶ τὸν πορθμὸν, καὶ δεχομένη πνευμάτων ὑποφορὰς, καθάπερ καὶ ἡ Βοιωτία, καὶ ἄλλοι τόποι, περὶ ὧν ἐμνήσθημεν διὰ πλειόνων πρότερον. Ὑπὸ τοιοῦδε πάθους καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ [4] Ποντίῳ Γλαύκῳ·

Εὔβο-

3) Excidit haec vocula in Medic. 1. 2. et Veneto, eademque desideratur in edd. ante Casaubonum. In sequentibus Medic. 2. substituit ἐπιφορὰς, non omnino quidem male; at illud hic est aptius.

4) Conspirant in hac lectione omnes libri, quam tamen sollicitavit Casaubonus ad Athenaeum 3, 10. (s. 3, 33. Schweigh.) et reponendum censuit Ποτνιεῖ Γλαύκῳ, cujus fabula ab Aeschylo exculta satis innotuerit ex ipso Strabone lib. 9. p. 409. s. 439. (etsi ibi nulla de Aeschylo injecta reperitur mentio), ex Hesychio in Ἀμφίσωπον et Ζιφήρου λιμὴν, et ipso laterculo tragoediarum ejus poëtae. Scilicet scriptum fuisse Ποτνίῳ i. q. Ποτνιεῖ, ut ex Stephano adpareat, et hoc mutatum postea transiisse in Ποντίῳ. Ita etiam eandem vocem emendat in Athenaeo c. l. Duo enim celebrantur in primis Glauci, Ποτνιεὺς et Πόντιος. De illo consuli praeter nostrum lib. 9. c. l. possunt Pausanias 6, 20, 9. 9, 8, 1. et quos producunt viri docti ad Virgil. Georg. 3, 268. Politus ad Eustath. in Homer. T. 2. p. 551. et Fischerus ad Palaephat. cap. 28. et in indice sub voce Γλαῦκος, ubi de utroque egit. Alter, Πόντιος hic, ex Palaephato notus, vocari solet θαλάσσιος, sed et Πόντιος apud Philostrat. in imaginn. 2, 15. et Athenaeum 7, 12. p. 296. De illo Aeschy-

lum aeris et ferri commune ibi fuit, quale negant alibi exstitisse: nunc utrumque intercidit. Universa Euboea terrae motibus est obnoxia, maxime apud fretum: ac recipit ventos subterraneos, sicut et Boeotia, et alia loca, quorum supra copiosa est facta mentio. Tali quidem casu urbem insulae cognominem ferunt absorptam fuisse, cujus meminit in Pontio Glauco etiam Aeschylus:

Eubo

Εὔβοιδα [5] καμπὴν ἀμφὶ Κηναίȣ Διὸς Euboea.
Ἀκτὴν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίȣ Λίχα.

Χαλκὶς δὲ ὁμωνύμως λέγεται καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ·

Χαλκίδα τ' ἀγχίαλον, Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν,

καὶ ἐν τῇ νῦν Ἠλείᾳ·

Βὰν

Aeſchylum ſcripſiſſe, nemo negat; de hoc dubitatur, vel diſputatur a nonnullis. Attamen, niſi quis omnia loca, quae et de hoc teſtentur, refingere velit, videtur utique duas de Glaucis fabulas compoſuiſſe, uti contra Caſaubonum contendunt ex Athenaeo 3, 10. Pauſania 9, 22. extr. et noſtro loco aliisque aliorum indiciis parum ambiguis Rutgerſius Varr. lectt. 2, 6. Scherpezelius ad h. l. Stanlejus ad Aeſchyli fragmenta p. 854. et Schweighaeuſerus ad Athenaeum 3, 33. Cf. et Fabricius in bibl. Gr. Vol. 2. p. 177. ed. Harleſ. Forte, quod ſuſpicatur Scherpezelius, Aeſchylum imitatus Cicero juvenis Pontium Glaucum verſibus deſcripſerat, ut refert Plutarchus in vita cap. 2.

5) Vulgo cum Msstis quibusdam καμπτὴν; Caſaubonn. Moſcov. Vatican. Urbin. Medic. 3. Pariſ. καμπὴν, quod praeferendum putavi, cum gentile ſit Εὐβοὶς, cui et ab aliis ſubſtantiva adjunguntur, ut ab Euripide in Electra v. 442. Sophocle in Trachin. v. 237. ἀκτὴ, Euripide in Rhadamantho apud Strabon. lib. 8. p. 356. ſ. 141. γῆ. Et ſic (καμπὴν) ex noſtro refert Valckenarius in diatribe in Euripid. reliqu. p. 144. ubi et plura exempla hujus formae congeſſit. Sic vero Ὀξεῖα καμπὴ locus circa oſtium Cephiſi apud Theophraſt. in hiſt. plant. 4, 12. m. Poſt pro αὐτὸν Pariſ. Moſcov. volunt αὐτήν. Tum Pariſ. et edd. Aldi, Hopperi dant Λήχα; male.

Euboida flexum circa Cenaei Jovis
Actam, ſepulcrum pone infelicis Lichae.
Eſt et in Aetolia Chalcis:

Chalcida litoreamque, et ſaxoſam Calydonem.
et in Elea quae nunc dicitur regione:

Tum

Euboea. Βὰν δὲ παρὰ Κρουνοὺς καὶ Χαλκίδα πετρήεσσαν,

οἱ περὶ Τηλέμαχον ἀπιόντες παρὰ Νέστορος εἰς τὴν οἰκίαν.

§. 10.

[1] Ἐρετριέας δ' οἱ μὲν ἀπὸ Μακίστου τῆς Τριφυλίας [2] ἀποικισθῆναί φασιν ὑπ' [3] Ἐρετριέως· οἱ δ' ἀπὸ τῆς

1) Moscov. Paris. edd. Aldi, Hopperi Ἐρετρίας, neglecto ε, quod vera formae ratio desiderat. Tum iidem libri non magis recte Τριφυλλίας, ut supra lib. 8. p. 340. f. 46. et sq. alias haec vox corruptiones subierat. Aldus et Hopperus etiam vitio immisso Μακύστου vulgarunt; Guarinus *Macysco Tiphylliaca*.

2) Sic recte omnes libri. Eustathius tamen, qui hunc locum, etsi mutata paullum forma, repetit ad Homer. Il. 2, 537. p, m. 211. legisse videatur ἀποικηθῆναι, quia scribit: ὁ Γεωγράφος ἀπὸ Ἐρετριέως ἀποικήσαντος εἰς αὐτὴν κληθῆναί φησιν· quare ἀποικίσαντες emendat in eo Scherpezelius ad nostrum locum, repugnante tamen, nec temere in diverso nexu, Polito Tom. 2. p. 582.

3) Paris. ὑπ' Ἐρετρέας; Medic. 3. ὑπ' Ἐρετρέως; Eustath. c. l. ἀπὸ Ἐρετριέως; reliqui cum editis ὑπ' Ἐρετρίας. At hic Eretriae nullus esse potest locus, quippe quod cum praecedentibus pugnet, in quibus urbis nomen, unde deducti advenerant coloni, legitur; immo desideratur coloniae conditor, qui latet in vestigiis duorum codicum et comparet aperte in Eustathio. Accedit testimonium Stephani, qui sub h. v. Eretriam ab Eretrieo nominatam fuisse adfirmat. Eo etiam ducit diversarum praepositionum usus, quarum ἀπὸ originem indicat, altera ὑπὸ ducem, auctorem spectat. Simile exemplum supra adfuit p. 445. f. Illa igitur momenta me impulerunt,

Tum praeter Crunos, saxosam Chalcidaque ibant,
Telemachus cum suis, nimirum a Nestore domum euntes.

§. 10.

Eretriam sunt qui deductam aiant coloniam e Macisto Triphyliae ab Eretrieo;

τῆς Ἀθήνησιν Ἐρετρίας, ἡ νῦν ἐστιν ἀγορά. Ἔστι δὲ καὶ περὶ Φάρσαλον Ἐρέτρια. Ἐν δὲ τῇ [4] Ἐρετρικῇ πόλις ἦν [5] Τάμυναι, ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἀδμήτου δὲ ἵδρυμα Euboea.

runt, ut reponerem Ἐρετριέως pro vulgato adhuc Ἐρετρίας, quod et suaserat Corsinus in Fastis Atticis T. 1. diss. 5. §. 17. p. 216.

4) Casaubonus ex libris suis notat Ἐρετριακῇ, quo auctore etiam in editiones transiit, cum antea legeretur Ἐρετρικῇ; atque id exstat in Mss. Moscov. Paris. Vatic. Urbin. Medic. 3. Guarinus etiam vertit: *In agro Eretrico.* Eadem forma observatur in Platonis Menexeno p. 286. (Vol. 5. Bipont.) τὰ ὅρια τῆς Ἐρετρικῆς, de legibus lib. 3. p. 150. Bip. Ἐρετρική, in Pausania 4, 2, 2. de Oechalia, μοῖρα τῆς Ἐρετρικῆς, Herodoto 6, 101. Ἐρετρικὴ χώρη, et sic in Nostro lib. 8. p. 371. s. 223. Ἐρετρικὸς ποταμός. Utraque forma in usu fuit, etsi posteriorem ignoravit, certe non adtigit Stephanus, nec Latini admisisse videntur. Cf. quae disputavi ad lib. 9. p. 393. seu p. m. 344. de duplici illa forma in hoc et aliis nominibus. Cum igitur codices majori numero in iisque optimi Ἐρετρικῆς praeferant, revocavi eam priorum editionum lectionem. Sic infra p. 448. de Oechalia. Post pro πόλει, quod antea editiones jactabant, Casaubonus ex suis codicibus, quibus et mei suffragantur, recte posuit πόλις, et deinceps pro ἱερὸν, iisdem ducibus, ἱερὰ, in quo tantum ex meis renuunt Medic. 1. 2. et Ven. Sed et nexus confirmat, nisi cum Xylandro, inserto καὶ, legere malueris καὶ ἱερόν. Tum vero omnes codices interpellant, alii ad Casauboni lectionem gravius revocant, quam et sua interpretatione probavit Guarinus.

5) Medic. 3. τὰ μύναια; Moscov. mutata accentus sede, Ταμύναι; Aldus Ταμπῖναι; Hopperus, Xylander Ταμπίαι; Guarinus *Tampiae.* Casaubonus, adprobantibus reliquis Msstis, edidit Τάμυναι, uti iam in nota voluerat Xylander Stephani motus auctoritate, qui hujus urbis mentionem in hoc Strabonis libro factam esse adfirmat. At scribit Τάμυνα, ut dubium videatur Holstenio p. 311. utrum in nostris libris repetitum ι adhaeserit, an a Stephano in vaga lectione fuerit praeteritum. De vulgatae lectionis veritate non dubitasset, si alios auctores cogitasset, qui plurali esse-

eo, alii ab Atheniensi Eretria, quae nunc est forum. Est et apud Pharsalum Eretria. Caeterum in Eretrica ditione urbs fuit, Tamynae nomine: sacra Apollini. Fanum

Euboea. μα λέγεται τὸ ἱερὸν, παρ' ᾧ θητεῦσαι λέγουσι τὸν θεὸν αὐτὸν, πλησίον τοῦ πορθμοῦ· [6] Μελανηΐς δ' ἐκαλεῖτο πρότερον ἡ Ἐρέτρια καὶ [7] Ἀροτρία.
p. 448. Ταύτης δ' ἐστὶ κώμη ἡ Ἀμάρυνθος, ἀφ' ἑπτὰ σταδίων τοῦ τείχους. Τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι, σαγηνεύσαντες, ὥς φησιν [8] Ἡρόδοτος, τοὺς ἀνθρώπους τῷ πλήθει, περιχυθέντων τῶν

efferunt; veluti Demosth. in Mid. p. 567. ed. Lipf. et alibi, Aeschines de falsa legat. p. 332. in Ctesiph. p. 480. sq. ed. Lipf. Plutarch. in vita decem oratorr. cap. 6. p. 344. Lipf. Harpocration et Suidas h. v. qui praeter Aeschinem alios etiam testantur. Cf. Valckenar. ad Herodot. 6, 101. Pluralem vero etiam novit Stephanus ex aliis, qui, cum rariores formas soleat adpendere usitatis, in Strabonis lectione parum adtente egit. Post Parif. molesta repetitione λέγεται, quod et reddidit Guarinus, pro λέγουσι, quod est in reliquis; usitatiori etiam structura, ut non opus sit ad insolentiorem temere transfugere, de qua cf. Gronov. ad Arrian. de exped. Alex. 1, 1. p. 2.

6) Medic. 1. 2. edd. Aldi, Hopperi Μαλανηΐς; Parif. transpositis literis Μελανηΐς. At bene habere receptam aliorum formam, docent Stephanus s. v. Ἐρετρία et Eustathius ad Homer. Il. 2, 537. p. m. 211. qui etiam a Melaneo, Euryti patre, illud nomen derivant.

7) Ita et cum aliis libris Eustathius p. m. 212. c. l. rejecto tantum accentu Ἀρότρια. Tum Parif. Ταύτης δὲ κώμη ἡ Ἀμ. —

8) Sic constanter libri omnes tradunt, ut satis adpareat, Strabonem memoria lapsum pro Platone scripsisse Herodotum. Non enim in hoc exstant, sed in illo, ducta ex lib. 3. de legib. p. 150. Bip. Cf. Valckenar. ad Herodot. 3, 149. et Gottleberus ad Platonis Menexen. cap. 10. p. 38.

num (ut perhibetur) ab Admeto conditum, cui deus ille serviviffe dicitur, freto vicinum. Eretria ante Melaneis fuit dicta, et Arotria. Hujus pagus est Amarynthus, VII stadia a moenibus distans. Ac antiquam quidem urbem Persae deleverunt, qui multitudine sua muris circumfusi, velut indagine facta, (ut Herodotus ait) oppidanos ceperunt. Monstrantur etiamnum fundamenta,

τῶν βαρβάρων τῷ τείχει· καὶ δεικνῦσιν ἔτι τοὺς θεμελίους· καλοῦσι δὲ παλαιὰν Ἐρέτριαν· ἡ δὲ νῦν [9] ἐπέκτισται. Τὴν δὲ δύναμιν [10] τὴν Ἐρετριέων, ἣν ἔσχον ποτὲ, μαρτυρεῖ ἡ στήλη, ἥν [11] ἀνέθεσάν ποτε ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀμαρυνθίας Ἀρτέμιδος· γέγραπται δ' ἐν αὐτῇ, [12] τρισχιλίοις μὲν ὁπλίταις, ἑξακοσίοις δ' ἱππεῦσιν, ἑξήκοντα δ' ἅρμασι ποιεῖν τὴν πομπήν· ἐπῆρχον δὲ καὶ Ἀνδρίων, καὶ Τηνίων, καὶ [13] Κείων, καὶ ἄλλων νήσων. Ἐποίκους [14] δ' ἔσχον ἀπ' Ἤλιδος, ἀφ' οὗ καὶ τῷ γράμματι [15] τῷ ρ πολ- Euboea.

9) Ita lege ex veterr. libris. Sic apud Euftathium [ad Homer. Il. 2, 537. p. m. 212.] ifto loco Strabonis: ὕστερον δ' ἐπεκτίσθη ἑτέρα. *Cafaubonus.* Confentiunt in hac lectione codices etiam mei omnes. Ante Cafaubonum enim Aldi culpa ferebatur ἔκτισαι; admodum frigide.

10) Mofcov. proniori forte curfu τῶν Ἐρετριέων; Parif. male Ἐρετριαίων. V. fupra. Sequentia verba μαρτυρεῖ — ποτὲ a recentiori manu in margine Mofc. adfcripta funt.

11) Sic libri mei omnes; Cafauboniani tamen ἀνέστησαν. Non male quidem; illud tamen ad caufam et locum aptius.

12) Medic. 2. corr. τρισχιλίους μὲν ὁπλίτας; turbato nexu. Pro πομπὴν Parif. προπομπήν; minus ad rem commode.

13) Mofcov. Medic. 1. 2. 3. Κίων; male. Inde enim Κήϊος paffim poëtae effingunt, etfi in Ptolaemeo 3, 15. ipfa infula fcribitur Κία. Cf. fi tanti eft, Etymol. M. fub v. Κεῖος.

14) Parif. Medic. 3. δὲ ἔσχον, ut in variantibus faepe, nec praeter linguae ufum. Tum Mofcov. ex dictantis voce Ἔλιδος, ut antea ἐπεῖρχον in Medic. 2.

15) Mofcov. Medic. 1. 3. Venet. τῷ ῥῶ, uti Aldus, Hopperus, Xylander. Promifcua valet fcriptura.

menta, et vetus Eretria dicitur. Hodierna poft condita eft. Potentiae Eretrienfium, qua fuerunt olim praediti, teftimonium perhibet columna, quam in fano Amarynthiae Dianae dedicaverant, cui infcriptum eft, pompam eos duxiffe tribus millibus gravis armaturae peditum, 1000 equitibus, LX curribus: imperabant autem Andriis, Teniis, Ceiis, aliisque infulis: colonos habuerunt ex Elide: itaque ob frequentem ufum litterae R non

Euboea. πολλῷ χρησάμενοι οὐκ ἐπὶ τέλει μόνον τῶν [16] ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ, κεκωμῴδηνται. Ἔστι δὲ καὶ [17] ἡ Οἰχαλία κώμη τῆς [18] Ἐρετρικῆς, λείψανον τῆς ἀναιρεθείσης πόλεως ὑπὸ Ἡρακλέους, ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ, καὶ τῇ περὶ [19] Τρίκκην, καὶ τῇ Ἀρκαδικῇ, ἣν [20] Ἀνδανίαν οἱ ὕστερον ἐκάλεσαν, καὶ [21] τῇ ἐν Αἰτωλίᾳ περὶ τοὺς [22] Εὐρυτᾶνας.

§. 11.

16) Ante Casaubonum legebatur γραμμάτων, et sic habet Medic. 2. corr. Illud cum Casaubonn. reliqui; melius.

17) Articulo nomen privant Moscov. Medic. 1. 3. qui in simili nexu supra aderat, ἡ Ἀμάρυνθος. Medic. 2. vitiose καὶ ἠχαλία.

18) Sic pro Ἐρετριακῆς, ut supra p. 447. f. Moscov. Paris. Medic. 1. 2. 3. Eustathius ad Homer. Il. 2, 596. p. m 225. et edd. ante Casaubonum. Vid. supra notata. Guarinus etiam hic: *Eretrici vicus agri.*

19) Moscov. Τρίκην, ut alibi. Cf. ad lib. 9. p. 437. seu p. m. 627. not. 2.

20) Casaubonn. Ἀρδανίαν, ut in versione Guarinus. Mei omnes cum edd. Ἀνδανίαν. Cf. ad lib. 8. p. 339. seu p. m. 43. not. 14.

21) Moscov. Paris. Medic. 1. 2. 3. Venet. ἡ ἐν Αἰτ. Edd. Aldi, Hopperi etiam pejus οἱ ἐν Αἰτ. In aliis recte scribitur τῇ ἐν Αἰτ. quod jam Xylander reposuerat, flagitante connexu, et hinc repetit etiam Eustathius c. l.

22) Εὐρυτᾶνας praeit Moscov. ut alibi scribuntur Αἰνιᾶνες, Ἀθαμᾶνες et similia, proferturque nostrum nomen a Stephano, quod vulgo hic paroxytonon prodit.

non in fine modo, sed et medio vocabulorum, comicis dicteriis exagitabantur. Est et Oechalia pagus Eretricae regionis, reliquae oppidi ab Hercule diruti: idem gerens nomen cum Trachinia: et ea quae apud Triccam est, et Arcadica, quam posteriores Andaniam appellaverunt, et Aetolica, apud Eurytanas.

§. 11.

§. 11. Euboea.

[1] Νυνὶ μὲν οὖν ὁμολογουμένως ἡ Χαλκὶς φέρεται τὰ πρωτεῖα, καὶ μητρόπολις αὕτη λέγεται τῶν Εὐβοέων· δευτερεύει δ' ἡ Ἐρέτρια. Ἀλλὰ καὶ πρότερον αὗται μέγα εἶχον ἀξίωμα καὶ πρὸς πόλεμον, καὶ πρὸς εἰρήνην, ὥστε καὶ φιλοσόφοις ἀνδράσι παρασχεῖν διαγωγὴν ἡδεῖαν καὶ ἀθόρυβον. Μαρτυρεῖ δ' ἥτε τῶν Ἐρετρικῶν φιλοσόφων σχολὴ τῶν περὶ Μενέδημον ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ γενομένη, καὶ ἔτι πρότερον ἡ Ἀριστοτέλους ἐν τῇ Χαλκίδι διατριβή, [2] οὗ γε καὶ κατέλυσε τὸν βίον.

§. 12.

1) Medic. 2. Νῦν μέν. Contra νυνὶ pro νῦν Mofcov. lib. 7. p. 322. f. 448. et fic alibi. Si praeter reliquos codices ufum in primis Atticum fpectes, cum νυνὶ de uno praefenti tempore ponatur, νῦν trium fit temporum, prius utique praeferendum eft. Cf. Wolf. ad Demofth. in Leptin. p. 242. Sed et nofter cum eo alia tempora conjungit, veluti imperfectum lib. 7. p. 300. in. f. 359. Sic Plutarch. in 7 fapient. conv. p. 591. (Vol. 6. Lipf.) πέρυσι καὶ νυνὶ μεθυσθείς, etfi hic ex connexu fuftinetur. Sed cf. Ruhnken. ad Timaeum p. m. 134.

2) Agitant haec codices. Vatic. Mofcov. Parif. ὥς γε καί; Urbin. ὅπου καὶ κατέλυσε; Guarinus vertit: *quoad vita functus eft*, ut legiffe videatur, ἕως κατέλυσε; Medic. 2. 3. οὗ γε i. e. ὅπου, quod quidem omiffo καὶ artius copulat. Nempe καὶ omittunt mei omnes. Medic. 1. et edd. ante Cafaubonum

§. 11.

Sane noftra aetate Chalcis citra controverfiam principem dignitatem obtinet, et primaria Euboicarum urbs dicitur: fecundo loco Eretria eft. Sed et pridem magna et bello et pace fuit earum exiftimatio, ut philofophis quoque viris fuavem tranquilliamque vitae degendae praebuerint commoditatem; quod teftatur cum Eretricorum philofophorum fchola a Menedemo Eretriae inftituta, tum ea prior Ariftotelis Chalcide commoratio, ubi et mortem obiit.

Euboea.

§. 12.

Τὸ μὲν οὖν πλέον ὡμολόγουν ἀλλήλαις αἱ πόλεις αὗται· περὶ δὲ [1] Ληλάντȣ διενεχθεῖσαι, οὐδ' [2] ὅτως τελέως ἐπαύσαντο, [3] ὥστε τῷ πολέμῳ κατὰ αὐθάδειαν δρᾶν ἕκαστα, ἀλλὰ συνέθεντο, ἐφ' οἷς συστήσονται τὸν ἀγῶνα. Δηλοῖ δὲ καὶ τȣ̃το ἐν τῷ Ἀμαρυνθίῳ στήλη τις, φράζȣσα μὴ χρῆσθαι τηλεβόλοις. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν πολεμικῶν ἐθῶν καὶ τῶν ὁπλισμῶν [4] ȣ̓δὲν ὅτ' ἐστιν, ὅτ'

num dant frigido fenfu: ὅς γε κατέλυσε τὸν βίον. Cafaubonus in nota legit ὅς γε κἀκεῖ κατέλυσε, in ipfo contextu ὅς γε καὶ ἐκεῖ κατέλυσε, quod repetitum ftetit. Cum in omnibus Msstis defideretur ἐκεῖ, fine quo ὅς ferri nequit, placuit leviffima medela locum adjuvare, ut exhibeat οὗ γε καὶ ἐτελεύτησε, cujus voculae ope et alibi fententias continere folet. Sic lib. 8. p. 363. in. f. 179.

1) Medic. 2. Λιλάντȣ, de quo fupra dictum ad p. 44*. Διεναχθεῖσαι vitium eft edd. Aldi et Hopperi, a Xylandro fubmotum.

2) Mofc. ὅτω; nempe quia fequitur confona. Confentiunt Hefychius, Thomas Magifter, et auctor Etymol. M. et poffit utique dari optimo illi codici. Sed cf. ad lib. 8. p. 377. in. f. 255.

3) Aegre haec vox abeft in Mofc. Parif. et Medic. 3. Poft Medic. 2. Μαραθῶνι pro Ἀμαρυνθίῳ, quod hinc alienum eft.

4) Medic. 1. 2. 3. et edd. ante Cafaubonum οὐθὲν; Venet. ȣ̓θ' ἓν ὅτ'.

§. 12.

Civitates hae plerumque concordiam fervaverunt, et orta de Lelanto concertatione, non ita tamen omnem abiecerunt confenfum, ut in bello cuncta utrinque fuo pro arbitrio agerent, fed pactae funt de modo certaminis. Oftendit hoc columna quaedam in Amarynthio, in qua exprimitur, telis, quae eminus mittuntur, non effe utendum. Nam de bellicis et ufibus et armis nulla eft certa conftitutio. Alii enim utun-

ὐκ ἦν ἔθος· ἀλλ' οἱ μὲν τηλεβόλοις χρῶνται, κα- Euboea.
θάπερ οἱ τοξόται, καὶ οἱ σφενδονῆται καὶ [5] ἀκον-
τισαί· οἱ δ' ἀγχεμάχοις, καθάπερ οἱ ξίφει καὶ
δόρατι τῷ ὀρεκτῷ χρώμενοι. Διττὴ γὰρ ἡ τῶν
δοράτων χρῆσις, ἡ μὲν ἐκ χειρὸς, ἡ δ' ὡς παλτοῖς·
καθάπερ καὶ ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας
ἀποδίδωσι· καὶ γὰρ συστάδην [6] χρώμεθα, καὶ
κοντοβολοῦντες· ὅπερ καὶ ἡ σάρισσα δύναται, καὶ
ὁ ὑσσός.

5) Articulum praeponit Moscov. Post Medic. 3. vitiose οἱ δ' ὡς.

6) Magna varietas in libris veteribus. Nam in iis desideratur vox χρώμεθα et legitur κοντοβολέντων. Quam lectionem confirmat Eustathius [ad Homer. Il. 2, 543. p. 213. Basil.] hunc locum describens. Lege igitur: Καθὰ καὶ ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἀποδίδωσι· καὶ γὰρ συστάδην καὶ κοντοβολέντων. *Casaubonus.* Verbum χρώμεθα ignorant etiam ex meis, quos quidem notatos hic habui, Medic. 1. 2. 3. Moscov. et Paris. Tum κοντοβολέντων agnoscunt etiam Medic. 1. 3. Moscov. et ex correctione Medic. 2. in quo antea scriptum fuerat κοντοβολίζων. In Vatic. Urbin. et Veneto vulgata lectio, quam Aldus constituit, fuisse, nec nisi in verbo χρώμεθα ab ea recessisse videtur Parisiensis. Eandem etiam Latine reddidit Guarinus, nec rejiciendam censeo. Cum enim haec verba proxime cohaereant cum praecedentibus, quorum adferunt explicationem, συστάδην desiderat utique verbum, nec a κοντοβολέντων, cui opponitur, pendere potest, nec in hoc genitivus nude positus locum habere, cum integra et plena sententia haec verba concludantur; etsi offendit in ipsa hac explicatione repetitum κοντοβολεῖν, pro quo melius poterat dicere ἐκ διαστήματος. Post Medic. 3. ὥσπερ pro ὅπερ. Paris. vitiose dat σάρεισα.

utuntur missilibus, ut sagittarii, funditores, iaculatores; alii comminus valentibus, ut qui gladio hastaque protenta. Est etenim duplex hastae usus: unus comminus, alter iaculando; sicut et contus utrique inservit usui, quae et comminus et missili res geritur: idemque sarissa praestat et pilum.

Euboea. §. 13.

Οἱ δ' Εὐβοεῖς ἀγαθοὶ [1]ὑπῆρξαν πρὸς μάχην τὴν σαδίαν, ἣ καὶ συςάδην λέγεται καὶ ἐκ χειρός. Δόρασι [2] δ' ἐχρῶντο τοῖς ὀρεκτοῖς, ὥς φησιν ὁ ποιητής·

p. 449. Αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι
Θώρηκας [3] ῥήσσειν. —

ἀλλοίων ἴσως ὄντων τῶν παλτῶν, οἵαν εἰκὸς εἶναι τὴν [4] Πηλιάδα μελίην, ἥν, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς, οἷος

1) Moscov. Medic. 1. 3. mutato vulgari ordine πρὸς μάχην ὑπῆρξαν.

2) Sic Medic. 1. 2. 3. Paris. (etsi hi omnes turbato accentu δ' ἔχρωντο) Moscov. Venet. quod et expressit Guarinus, et ad rem ipsam nexumque aptius videtur; quare pro vulgato δὲ χρῶνται recepi. Post αἰχματαὶ prave ed. Xylandri.

3) Sic omnes libri (tantum Medic. 2. ῥήσειν), ut contra omnes in Homero Il. 2, 544. ῥήξειν, sine ulla varietatis notatione. Neque tamen nostrum locum ad Homericam lectionem compono, cum Homerus et alibi praesens, vel aoristos illi verbo adjiciat, ipsa impellente natura significationis, aliosque olim codices Strabo secutus esse possit.

4) Medic. 3. Πηλείδου. Cum Homeri locum Strabo respiciat, alterum praestat, uti post, quod Casauboniani codices soli quidem dederant, ἐπίςατο pro ἐπιςαται, cum id repetitum sit ex Homeri Il. 16, 142. Pronomen ἣν male abest in Medic. 1. 2. 3. Moscov. Paris. et edd. ante Casaubonum; flagitat enim sensus.

§. 13.

Euboënses autem valebant stataria pugna, quae conserto pede et comminus peragitur. Hastis enim utebantur porrectis, ut Homerus ait:

Pugnaces, hastis intentis qui cupiebant
Rumpere thoraces —.

cum, ut apparet, missiles alterius generis fuerint hastae, qualis Achillea fraxinus Pelias, quam vibrare et con-

οἷος ἐπίςατο πῆλαι Ἀχιλλεύς· καὶ ὁ εἰπών· Euboea.

Δουρὶ δ' ἀκοντίζω, ὅσον οὐκ ἄλλος [5] τις
οἴςῳ·

τῷ παλτῷ λέγει δόρατι. Καὶ οἱ μονομαχοῦντες τοῖς παλτοῖς χρώμενοι δόρασιν εἰσάγονται πρότερον, εἶτα ἐπὶ τὰ ξίφη βαδίζοντες· ἀγχέμαχοι δέ εἰσιν, οὐχ οἱ ξίφει χρώμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ [6] δόρατι ἐκ χειρὸς, ὥς φησιν·

Οὔτησε ξυςῷ χαλκήρει, λῦσε δὲ γυῖα.

Τοὺς μὲν οὖν Εὐβοέας τούτῳ τῷ τρόπῳ [7] χρωμέ-

5) Additum postea fuerat in Medic. 2. et desideratur in edd. ante Casaubonum. Tum ad servandum metrum ὅσσον scripserunt Hopperus et Xylander. Qualis hic prodit, talis legitur versus in Homeri Odyss. 8, 229.

6) Medic. 2. δουρὶ καὶ δόρατι librario vel dubio, vel arbitrii copiam dante. Tum in eodem ante ξίφη deest τὰ, et voces ἐκ χειρός.

7) Male Medic. 2. χρώμενος.

conjicere solus Achilles poterat: et qui dicit:

Tantum hasta iaculor, quantum haud aequare sagitta
Quisquam alius valeat:

missilem hastam intelligit. Et qui singulari certamine congrediuntur, primum hastis missilibus rem gerere describuntur, deinde ad gladios venire. Comminus autem pugnaces dicuntur, non modo qui gladio utuntur, sed et qui collato pede, hastam manu tenentes, pugnant, ut dein dictum est:

Aerato feriit conto, misitque sub umbras.

Hunc ergo pugnandi morem Homerus Euboensibus tribuit.

Euboea. μένους εἰσάγει· περὶ δὲ Λοκρῶν τἀναντία λέγει, ὡς,

Οὐ [8] γάρ σφιν σαδίης ὑσμίνης ἔργα μέμηλεν·
Ἀλλ' ἄρα τόξοισι καὶ εὐςρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο. —

Παραφέρεται δὲ [9] καὶ χρησμὸς ἐκδοθεὶς Αἰγιεῦσιν·

Ἵπποι

8) Particulam γὰρ omittunt Mofcov. Parif. Venet. Medic 1. 2. 3. cum Aldo et Hoppero. Tum pro ςαδίης Medic. 1 2. Parif. Venet. volunt ἐκταδίης, quod et fcribendum in margine monuit librarius Mofcov. Confentiunt in eo Aldus et Hopperus. Vulgatam formam conftituit Xylander In Homero Il. 13, 713. fic legitur: οὐ γάρ σφι (ante Heynium σφιν) ςαδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ. Tzetzes ad Hefiod fcutum Herculis v. 25. p. m. 190. fic, corrupte etiam aliqua: Οὐ γάρ σφι ςαδίῃ ὑγιηννήεις φίλον κῆρ; unde adparet difcrepantia, quam in noftro concinniori forma factam laudat Heyne ad Homer. c. l. Equidem vulgatam non adtrecto, cum in priori parte Homerus adfit, et ςαδία ὑσμίνη vel μάχη faepius dicatur, hic etiam apte ad nexum; in pofteriore codices aliam lectionem recufent. Solus Medic. 3. contra metrum etiam habet μέμελεν. Suftuli tantum vitium in ὑσμήνης, quod obfidebat omnes editiones. Proxima vocibus aut diftractis, aut omiffis Medic. 3. fic exhibet: τόξοις οἷς ἐς Ἴλιον ἅμ' ἕσποντο. Pro εἰς etiam Mofcov. Medic 1. 2. cum Aldo, Hoppero, Xylandro ἐς, metro reluctante.
9) In edd. ante Cafaubonum particula καὶ non adparet quae cum Mss. adfenfu melius hic interponitur. Tum pro ἐκδοθεὶς Mss. Cafaubb. Mofcov. Parif. Vatic. Urbin. Medic 3. δοθεὶς, et pro Αἰγιεῦσιν Medic. 3. Αἰγεῦσιν, Cafaubb. et Mofcov. hic quidem ex correctione recentioris manu

Εὐ

buit. De Locris autem contraria fcribit:

Nam non comminus hi pugnam fixo pede inibant:
Arcubus et fundae freti, fed tortili habena
Ad Trojam fuerant et proelia dura profecti

Circumfertur etiam datum Aegienfibus oraculum:

The,

Ἵππον [10] Θεσσαλικὸν, Λακεδαιμονίαν δὲ γυ-
ναῖκα,
Ἄνδρας θ', οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθού-
σης.

τοὺς Χαλκιδέας λέγων ὡς ἀρίστους· ἐκεῖ γὰρ ἡ Ἀρέθουσα.

Εὐβοεῦσιν. Sed, quod jam Caſaubonus monuit, vulgatam aliorum codicum lectionem confirmat extrema pars oraculi, quae ſic habet: Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, Οὐδὲ δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Cf. Suidas ſ. v. Ὑμεῖς, Stephanus ſ. v. Αἴγιον, Euſtathius ad Homer. Il. 2, 574. p. m. 221. Apoſtolius proverb. 1, 80. ubi vid. quos laudat Pantinus p. 289. Qui variant, Megarenſes ſubſtituunt, veluti Suidas c. l. Schol. Theocriti ad 14, 48. et, qui huc reſpexit, Callimachus epigr. 26. f. Sed vid. Eraſmus adagior. 2, 1, 79. et qui memorantur ad oracula vetera p. 17. ad calcem oraculorum Sibyllinorum ex ed. Gallaei. Αἰγιέες, etſi ipſa oraculi verba paullum dat mutata, ex Mnaſea Optato etiam refert Tzetzes Chil. 9. v. 890.

10) Medic. 2. corr. Θεσσαλικήν, quod et agnoſcunt Athenaeus 7, 5. p. 278. Suidas c. l. oracula vetera c. l. In vulgato tamen genere cum reliquis Mss. conſentit etiam Euſtathius ad Dionyſ. v. 473. et Schol. Homeri ad Il. 2, 768. Si codices addicerent, propter Homeri etiam locum praetulerim Θεσσαλικήν, cum praeterea Iones et Attici, notante Euſtathio ad Homer. Il. 1, 154. p. m. 53. femininum in his ament. Sed et Niſaei et Parthici equi maſculino genere laudantur a Strabone lib. 11. p. 525. In proximo verſu pro ἄνδρας Medic. 1. 2. 3. ferunt ἄνδρες. Illud nexus poſtulat et alii confirmant.

Theſſalicus praecellit equus, mulierque Lacaena, Virque bibens ſacrae liquidos latices Arethuſae;

quo Chalcidenſes optimi praedicantur, quorum eſt Arethuſa.

Euboea.

§. 14.

Εἰσὶ δὲ νῦν [1] Εὐβοϊται ποταμοὶ [2] Κηρεὺς, καὶ [3] Νηλεύς· ὧν, ἀφ' ὃ [4] τὰ μὲν πίνοντα πρό-βα-

1) Moſcov. Εὐβοῖται pro ï. Utrum recte habeat, dubium faciunt diverſae rationes, quas viri docti ſequuntur, ſic ut iidem etiam ſecum pugnent. Ita Χεῤῥονησῖται, Νιγρῖται, Ἀραβῖται, Ἀρβῖται, Αὐχῖται, Σαμνῖται, Ὠκεανῖται. Placuit tamen ſequi codicis illius auctoritatem, quae et in his probatur; tum quod ſimilia, ut πολῖται, ſic ſignantur.

2) Pariſ. Moſcov. edd. Aldi, Hopperi Κηρεὺς, quod et Guarinus reddidit. (*Cereus.*) Xylander invenit Κιρεὺς, non ſine aliorum Msstorum ſuffragiis, ipſe tamen motus Euſtathii fide ad Homeri Il. 2, 536. p. m. 211. Obſtant autem huic ſcripturae Latina, in quibus *e* cernitur, etſi mutata terminatione *Ceron* prodit. Sic Plinius 31, 9. ſ. 2. adſentiente Antigono in hiſt. mirabil. cap. 84. pro quo vitioſe Κέρβης in libris Ariſtotelis de mirab. auſcult. cap. 184. exſtat. Cf. etiam Politus ad Euſtathium in Homer. Tom. 2. p. 579. et hic deinceps notata.

3) Moſcov. Νηλεὺς, ut Euſtathius c. l. ex noſtro etiam refert, et ex hoc ſe repoſuiſſe in Strabone ſcribit Xylander, quamquam vere in Graecis non repoſuit. Adjuvant vero eam ſcripturam etiam Ariſtoteles et Antigonus cc. ll. ex quibus ita pro *Melan* Harduinus in Plinio c. l. repoſuit, ubi certe literam *e* praeferunt codices. Νηλεὺς probat etiam Salvinus ad Euſtathium in Homer. T. 2. p. 580. (in ed. Politi.) Contra ambiguam ſcripturam cenſet Palmerius in exercitt. in auctorr. Gr. p. 326. et veram confuſionis originem ex Iotaciſmo ducit. Equidem ut aliorum exempla ſequerer, momentum adtulit Cod. Moſcov. gravitas et exemplum Guarini.

4) Moſcov. concinniori obpoſitione μὲν τά. Tum Medic. 2. corr. γίνονται pro γίνεται non ſine exemplis, quae tamen nihil huc ſine plurium librorum certiori impulſu valent. Tum Κρᾶθιν dedi, cum antea legeretur Κράθιν, de quo cf. ad lib. 8. p. 386. p. m. 304. n. 29. Et ſic hic ſcribit Euſtathius c. l.

§. 14.

Euboeae porro flumina ſunt Cereus et Neleus, e quorum altero bibentes oves albae fiunt, ex altero nigrae, quale aliquid etiam apud Cra-

βατα λευκὰ γίνεται, ἀφ' οὗ δὲ μέλανα· καὶ περὶ τὸν Κρᾶθιν δὲ εἴρηται τοιοῦτόν τι [5] συμβαῖνον. Euboea.

§. 15.

Τῶν δ' ἐκ [1] Τροίας ἐπανιόντων Εὐβοέων τινὲς, εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσόντες [2] Ἄβαντες, οἴκαδε διὰ τῆς

C 5

5) Casaubonn. Moscov. Paris. Medic. 3. Vatic. Urbin. συμβαῖνον pro συμβαίνειν, quod cum paucis reliquis deterioris praeterea notae codicibus tenent editiones omnes. Illud non temere effusum, nec adspernandum videtur.

1) Edd. Paris. et Amstelod. Τροίας, ut lib. 8. p. 387. f. sine causa. Τροίας diserte contra ex Moscov. adscriptum habui.

2) Ἀναβάντες puto, quamquam apud Steph. Εὐβοία etiam Abantum in hac re fiat mentio. *Xylander*. Ἄβαντες, etsi libri uno omnes consensu sustinent, vox utique est molesta, tum quod Εὐβοεῖς praecedunt, et Homerus in bello Trojano solos Abantes novit, tum quod οἴκαδε a suo verbo longius distrahitur. Neque tamen ἀναβάντες in hoc connexu, et quod ἐπανιόντων sufficit, vicem satis explet. Ex iis, quae huc valent, Stephanus s. v. Εὔβοια scribit: Ἔστι (Εὔβοια) καὶ πόλις ἐν Μακεδονίᾳ, εἰς ἣν οἱ ἀπὸ τῆς νήσου εἰς Ἰλλυριοὺς ἀπιόντες, Ἄβαντες ἐκλήθησαν; ubi tamen omnes libri habent Ἄμαντες, quod s. v. Ἀμαντὶς ex Antigoni et Callimachi loco (quem posteriorem fragmenta conlecta adhuc desiderant) probabile videtur. Mutata autem litera β in μ, Abantes, qui inde exsistunt, Amantiam in Macedonia (in cujus parte Orestide duas adeo hoc nomine commemoravit Ptolemaeus 3, 13.) condiderant, vel secundum Callimachum (in quo ᾤκισαν leg. pro ὤκησαν) Amantinen Oriciam. Apollonius Rhodius tamen 4, 1214. ibi Abantes etiam conlocat. Cf. Holsten. ad Stephan. p. 29. Propius hanc narrationem inlustrant Tzetzes ad Lycophron. v. 1443. et auctor Etymol. M. s. v. Ἄμαντες, quippe qui narrant, Troja expugnata,

Crathin evenire monuimus.

§. 15.

Caeterum Euboeensium e Troja redeuntium quidam, cum in Illyricum excidissent, indeque per Macedoniam domum contenderent, apud Edes-

Euboea. τῆς Μακεδονίας περὶ Ἔδεσσαν ἔμειναν, συμπολεμήσαντες τοῖς ὑποδεξαμένοις, καὶ ἔκτισαν πόλιν Εὔβοιαν· ἦν δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ Εὔβοια, Χαλκιδέων τῶν ἐκεῖ κτίσμα, ἣν Γέλων ἐξανέστησε, καὶ ἐγένετο φρούριον Συρακουσίων· καὶ ἐν [3] Κερκύρᾳ δὲ καὶ ἐν Λήμνῳ τόπος ἦν Εὔβοια· καὶ ἐν τῇ Ἀργείᾳ [4] λόφος τις.

§. 16.

gnata, Elphenore duce, (quem Abantum facit Homerus Il. 2, 540.) in Epirum transiisse, et circa Ceraunios montes Amantiam (Abantiam etiam in aliis libris) condidisse, mutato β in μ. Pro finium autem diversitate vel inconstantia alii Epiro, alii Illyrico, Macedoniae alii dederunt. Cf. etiam Politus ad Eustathium in Homerum T. 2. p. 578. Si sanus est hic locus, verba εἰς Ἰλλυριοὺς — Ἄβαντες per adpositionem adjecta sunt, et οἴκαδε ad ἐπανιόντων debet revocari, cui deinceps in interpretatione subjunxit Guarinus; quae etsi satis dispersa fluunt, sine Msstis tamen aliter constituere, vel mutare non sum ausus.

3) Casaubb. Κορκώρᾳ; Moscov. Parif. Venet. Κορκύρᾳ; Medic. 2. Κολκύρᾳ, ex corr. Κορκύρᾳ; alii cum edd. Κερκύρᾳ. Eadem variatio notatur in Diodoro 4, 72. ubi cf. Wesseling. et notata ad lib. 7. p. 315. f. 421. not. 13.

4) Eustathius ad Homer. Il. 2, 536. p. m. 211. et Stephanus f. v. Εὔβοια videntur legisse τόπος, aut ex Strabone nostro emendandus est Stephanus, ut judicat etiam Berkelius ad Stephan. p. 359. et ex Stephano Eustathius, qui illum describere solet. Χωρίον tamen etiam vocat auctor Etymol. M. f. v. Εὐβοϊκὸν νόμισμα. Codices λόφος mordicus tenent, et sic ὄρος vocat Pausanias 2, 17, 2. ex quo lectio vulgata magis corroboratur.

Edessam subsederunt, navataque hospitibus in bello opera, urbem Euboeam condiderunt. Fuit etiam in Sicilia Euboea, a Chalcidensibus ibi degentibus condita, quae a Gelone, civibus ejectis, facta est castellum Syracusarum. Sed et in Corcyra, et in Lemno locus fuit Euboea, et collis quidam in Argiva ditione.

§. 16.

§. 16.

Euboea.

Ἐπεὶ δὲ τοῖς Θετταλικοῖς καὶ [1] Οἰταίοις τὰ πρὸς ἑσπέραν Αἰτωλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνές εἰσι, καὶ Ἀθαμᾶνες, εἰ χρὴ καὶ τούτους Ἕλληνας εἰπεῖν, [2] λοιπὸν ἐξηγήσασθαι περὶ τούτων, ἵν᾽ ἔχωμεν τὴν περίοδον ἅπασαν τὴν τῆς Ἑλλάδος· προσθεῖναι δὲ καὶ τὰς νήσους τὰς προσχώρους μάλιστα τῇ Ἑλλάδι καὶ οἰκουμένας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὅσας μὴ περιωδεύκαμεν.

ΚΕΦ.

1) Casaubb. Ἰταίοις; Vatican. Urbin. Medic. 1. 2. 3. Moscov. Paris. Οἰταίοις, quod in versione exhibet etiam Guarinus et conjecerat Casaubonus. Editiones omnes Ἱσταίοις, tantum quod in Ald. Hopper. spiritus lenis est adpositus. Debetur igitur haec lectio Aldinae editionis vitio; quod revocatum Οἰταίοις optime tollit. Histiaei enim, vel Hestiaei, Thessalis comprehenduntur, et a conterminis populis fines hic constitui debent. Ita vero Phthiotida Oetaeo monte terminat Noster lib. 9. p. 430. p. m. 578. et, quod proxime huc valet, ad Oetaeos permittit.

2) Medic. 3. addit ἐστὶν; post Medic. 1. corr. προσθεῖναί τε; deinde Medic. 3. περιωδεύσαμεν.

§. 16.

Jam cum post Thessalos et Histiaeos versus occasum sint Aetoli, Acarnanes, ac Athamanes: siquidem hos etiam Graecos dici oporteat, restat, ut de iis loquamur, itaque totam Graeciae circuitionem absolvamus: addenda quoque insularum maxime Graeciae vicinarum, et a Graecis habitatarum descriptio, earum, quas nondum descripsimus.

CAP.

Aetolia et Acarn.

ΚΕΦ. Β.

§. 1.

[1] Αἰτωλοὶ μὲν τοίνυν καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμοροῦσιν ἀλλήλοις, μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῶον ποταμὸν, ῥέοντα ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς Πίνδου πρὸς
p. 450. νότον, διά τε [2] Ἀγραίων Αἰτωλικȣ̃ ἔθνους καὶ Ἀμφιλόχων. Ἀκαρνᾶνες [3] μὲν τὸ πρὸς ἑσπέραν μέρος ἔχοντες τȣ̃ ποταμοῦ μέχρι τȣ̃ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, τȣ̃ κατὰ Ἀμφιλόχους, [4] καὶ τὸ ἱερὸν τȣ̃ Ἀκτίου

1) Parif. praemittit καί; Αἰτολοὶ ex ed. Parif. fluxit in Amftelod. Pro μὲν τοίνυν Medic. 2. μὲν ȣ̃ν.

2) Mutato accentu pro Ἀγραίων Mofcov. Ἀγραιῶν, forte pro Ἀγραῶν, uti legitur in Polybio 17, 5, 8. ad quem cf. Schweighaeuferus. Et fic fcribitur in Thucydide 2, 102. quem locum Nofter ante oculos habuiffe videtur. Ἀγραίων tamen tuentur omnes libri cum Gemifto Plethone A. qui hinc ex Strabone multa defcribere pergit, ufitatiori etiam forma, qua in hoc tractu, prodeunt in Thucydide 3, 106. et alibi, Stephano h. v. Livio 32, 34, 4. et aliis. Cf. Palmerius in Gr.ant. 4, 3. p. 431. fq.

3) Venet. Mofcov. Parif. Vatic. Urbin. Medic. 3. μέντοι; Medic. 1. μὲν τό; Medic. 2. edd. Aldi, Hopperi et Xylandri μὲν exacto τὸ, quod reftituit Cafaubonus, et ego propter obpofiti modum (το δὲ) fervavi.

4) Verba haec ad Ἀπόλλωνος primus uncis inclufit Cafaubonus, et ignorat Venetus; at fufcipiunt cum Guarino reliqui. Fecit tam numerofus confenfus, ut uncos removerem,

CAP. II.

§. 1.

Aetolos et Acarnanes invicem conterminos medius fluvius Achelous diftinguit, a feptentrionibus et Pindo verfus Auftrum fluens per Agraeos, Aetolicam gentem, et Amphilochos. Acarnanes verfus occafum accolunt, usque ad finum Ambracicum, juxta Amphilochos et fanum Apollinis Actii.

Ἀκτίου Ἀπόλλωνος. Αἰτωλοὶ δὲ τὸ πρὸς ἕω μέχρι τῶν [5] Ὀζολῶν Λοκρῶν, καὶ τȣ̃ Παρνασοῦ, καὶ τῶν Οἰταίων. Ὑπέρκεινται δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ καὶ τοῖς προσβορείοις μέρεσι, τῶν μὲν Ἀκαρνάνων, Ἀμφίλοχοι· τούτων δὲ Δόλοπες καὶ ἡ Πίνδος· τῶν δ' Αἰτωλῶν Περραιβοί τε καὶ Ἀθαμᾶνες, καὶ [6] Αἰνιάνων τι μέρος τῶν τὴν Οἴτην ἐχόντων· τὸ δὲ νότιον πλευρὸν, τό, τε Ἀκαρνανικὸν ὁμοίως, καὶ τὸ Αἰτωλικὸν κλύζεται τῇ ποιούσῃ θαλάσσῃ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, [7] εἰς ὃν καὶ ὁ Ἀχελῶος ποταμὸς ἐξίησιν, ὁρίζων Aetol. et Acarn.

verem, in primis cum in Acarnanum finibus templum hoc ſtatuat etiam lib. 7. p. 325. in. p. m. 458. ad os ſcilicet ſinus Ambracii, ubi illud etiam novit Thucydides 1, 29.

5) Sic dedi pro Ὀζόλων, quod et pracit Moſcov. Idem exhibet Παρνασσȣ̃, de quo cf. ad lib. 8. p. 333. p. m. 7. n. 5. Pro Οἰταίων libri Caſaubb. prave Οἰτέων. Tum Medic. 3. προσβορίοις.

6) Medic. 1. Pariſ. ἐνιάνων; Medic. 2. 3. αἰνιάνων, quod pro Αἰνειάνων, quod cum edd. per ει efferunt ex more alii codices, excepi; cujus cauſae expoſitae ſunt ad lib. 9. p. 427. p. m. 560. n. 1. Pro θαλάσσῃ Moſcov. ut alibi, θαλάττῃ. Ambigua forma itaque verſata, ut, utram vere Strabo ediderit, ſtatui non poſſit.

7) Sic Medic. 1. 2. 3. Venet. Moſcov. Pariſ. cum edd. Aldi et Hopperi, nec aliter reddidit Guarinus; Xylander ex vitio εἰς ἣ; Caſaubb. 1. 2. Amſtelod. εἰς ὅ, quod forte fuit in reliquis codicibus, quamvis typothetae errori in ed. Caſaub. 1. tribuo. Diſerte enim paullo poſt et ſupra lib. 8. p. 335. p. m. 22. alteram lectionem Noſter probat, et

Actii. Aetoli autem verſus ortum, usque ad Ozolas Locros, Parnaſſumque et Oetaeos. Supra Acarnanes verſus ſeptentrionem in mediterraneis ſiti ſunt Amphilochi: ſupraque hos Dolopes et Pindus: ſupra Aetolos vero Perrhaebi, Athamanes, et pars Aenianum, qui Oetam tenent. Latus auſtrinum tam Aetoliae, quam Acarnaniae alluitur eo mari, quod ſinum conficit Corinthiacum, in quod etiam effluit Achelous, oram maritimam

Aetol. et Acarn. ὁρίζων τὴν τῶν Αἰτωλῶν παραλίαν καὶ τὴν Ἀκαρνανικήν· ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῶος πρότερον. Ἔστι δὲ καὶ ὁ παρὰ Δύμην ὁμώνυμος τούτῳ, καθάπερ εἴρηται, καὶ ὁ περὶ Λάμιαν. Εἴρηται [8] δὲ, καὶ ὅτι ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου τὸ στόμα τοῦδε τοῦ ποταμοῦ φασι.

§. 2.

Πόλεις δ' εἰσὶν, ἐν μὲν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν Ἀνακτόριόν τε ἐπὶ [1] χεῤῥονήσου ἱδρυμένον Ἀκτίου πλησίον, ἐμπορεῖον τῆς νῦν ἐκτισμένης ἐφ' ἡμῶν Νικοπόλεως, καὶ Στράτος, ἀνάπλουν ἔχουσα τῷ Ἀχελώῳ πλειόνων ἢ διακοσίων σταδίων· καὶ ἡ [2] Αἰνία

et ejus testimonium de hoc producit Eustathius ad Dionys. v. 434. qui in Siculum mare cum evolvi scripserat; latius id quidem pro Ionio, ut ejus satelles Priscianus v. 448.

8) Moscov. εἴρηται δ' ὅτι ἀρχήν; Medic. 2. corr. εἴρηταί δὲ ὅτι καὶ ἀρχήν.

1) Medic. 3. χεῤῥοννήσου. Pro ἐμπορεῖον Moscov. Paris. Medic. 3. ἐμπόριον; alii ἐμπορεῖον, quod et hic retinui. Cf. ad lib. 8. p. 378. in. p. m. 259. n. 1. Post pro ἐφ' ἡμῶν, quod bene valet, Venet. Medic. 2. corr. 3. ἀφ' ἡμῶν.

2) Moscov. Paris. οἰναία; reliqui cum edd. Αἰνεία, et sic Guarinus *Enea*. At, invitis licet libris, legendum est Αἰνία, quae fuit urbs Perrhaeborum, unde Αἰνιᾶνες dicti; altera Αἰνεία Thraciae, vel Macedoniae tribuitur, de quibus plura dicta

timam Aetolicam ab Acarnanica distinguens. Achelous quondam Thoas fuit appellatus. Ejusdem nominis fluvius est apud Dymam, ut diximus, et apud Lamiam. Dictum est id quoque, ostia hujus fluvii pro initio sinus Corinthiaci esse, qui sumant.

§. 2.

Vrbes sunt Acarnaniae Anactorium in peninsula situm non procul Actio, emporium ejus, quae nostro tempore est condita Nicopolis: et Stratus, ad quam adverso Acheloo per CC et amplius stadia est subvectio: tum

Αἰνία δὲ καὶ αὕτη ἐπὶ τῷ ποταμῷ· ἡ μὲν παλαιὰ ὀ κατοικουμένη, ἴσον ἀπέχȣσα τῆς τε θαλάττης καὶ [3] τῆς Στράτȣ· ἡ δὲ νῦν, ὅσον ἑβδομήκοντα ςαδίους ὑπὲρ τῆς ἐκβολῆς διέχȣσα· καὶ ἄλλαι δ' εἰσὶ, Παλαιρός τε καὶ [4] Ἀλυζία, καὶ Λευκὰς, Aetol. et Acarn.

dicta ſunt ad lib. 9. p. 427. p. m. 560. n. 1. Ita vero, quod poſt cognovi, voluit etiam Politus ad Euſtathium in Homer. T. 2. p. 722. Contra peccatur in epitome lib. 7. p. 107. Hudſ.

3) Caſaubb. hic et poſt, Medic. 3. Urbin. τῆς Στράτȣ, uti etiam emendant Kuhn. ad Pauſan. 6, 2. p. 454. et Politus ad Euſtathium c. l. Editiones cum reliquis Msstis τȣ̃ Στράτȣ. Utroque genere uſurpari, notat Stephanus. Pro feminino ſtant Schol. Thucyd. ad 2, 80. extr. quo etiam legitur apud Pauſan. 6, 2, 1. Altero genere dixit Polyb. 5, 14. in. uti paullo poſt volunt libri. Femininum lib. 8. p. 387. p. m. 313. ex praecedenti voce πόλις intelligi poteſt; at durius hic in ſuperioribus, cum et Ἀνακτόριον ſubnexum habeat ἱδρυμένον. Ne igitur in eadem narrationis ſerie a ſe ipſe Strabo deſciſceret, uti poſt, praetuli femininum. Accentum ſervavi, quem in ultimam projiciunt plurimi, et ego inveneram lib. 8. c. l. ubi tamen in not. 34. inverſa forma exierat nomen, ſic ut leg. ſit primum Στράτος, deinde Στρατὸς, quod docet Euſtathii ille locus. Ita quidem a ςρατὸς diſcernitur, probaruntque Dukerus in Thucydide, Schweighaeuſer. in Polybio. Proxime antea τῆς θαλάττης abjecto τε legitur in Medic. 2. et in edd. ante Caſaubonum.

4) Caſaubb. Ἀλύται; Moſcov. Pariſ. Medic. 3. Vatic. Urbin. Ἀλυζίαι; reliqui, quibus adjungitur Gemiſtus Pletho B. cum edd. Ἀλυζία, uti et infra recurrit p. 459. et prodit in Thucydide 7, 31. pro quo Stephanus ſcribit Ἀλύζεια et inverſis literis Ptolemaeus 3, 14. Ἀζύλεια. Sed plures et majores corruptiones expertum eſſe hoc nomen, docebunt Palmerius in exercitt. ad Gr. auct. p. 140. et Dukerus ad Thucyd. c. l.

tum Aenia, ipſa quoque fluvio imminens: vetus Aenia non habitatur, eodem ſpatio a Strato et mari diſtans: nova ab oſtiis Acheloi circiter LXX ſtadiis abeſt. Sunt et aliae urbes, Palaerus, Alyzia, Leucas, Argos

Aetol. et Acarn. Λευκὰς, καὶ Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ [5] Ἀμβρακία, ὧν αἱ πλεῖσαι περιοικίδες γεγόνασιν, ἢ καὶ πᾶσαι τῆς Νικοπόλεως· κεῖται δ' [6] ἡ Στράτος κατὰ μέσην [7] τὴν ἐξ Ἀλυζίας ὁδὸν εἰς [8] Ἀνακτόριον.

§. 3.

5) Casaubb. Vatic. Urbin. Medic. 3. Ἀμυρακία; Medic. 2. Ἀμωρακία; reliqui, ut edd. Ἀμβρακία, quod et Nicopolis vicinia tuetur. Priores formae ignotae hic, et ideo corruptae.

6) Ita Casaubb. ut supra, Medic. 3. corr. proferunt; in reliquis ὁ praemittitur. Equidem propter causam antea expositam praetuli ἡ.

7) Moscov. Medic. 1. 2. 3. τὴν ἐξ, quod recepi. Vulgo edd. cum aliis Msstis τῆς ἐξ, ubi tacite repetendum sit ὁδοῦ. Prior ratio videtur facilior, cum et alibi sic articulum postponat adjectivis, v. c. lib. 9. p. 426. p. m. 552 σεδίοις τοῖς ἴσοις et ἀβρόχοις τοῖς ποσὶν; lib. 12. p. 537. γυμνοῖς τοῖς ποσὶν — Sic μέση ἡ ὁδὸς lib. 12. p. 539. m. et alibi ὅλος et similia. At verba haec universa κεῖται — Ἀνακτόριον ad glossas imperitissimi librarii rejicit Penzelius in notis ad versionem German. T. 2. p. 1391. impulsus forte monitis Palmerii in Gr. ant. 3, 5. p. 388. qui locum hunc difficillimum et superiori narrationi repugnantem censet. Nempe Stratus ducenta stadia et amplius a mari distabat, (v. supra) Alyzia 15 tantum, (v. infra p. 459.) Anactorium situm erat in ore Ambracii sinus, (v. infra p. 451. f.) vel omnino, relicta Strato, via per Alyziam ducebat ad Anactorium, ut in media via Stratus esse non potuerit, nec utique esset. Palmerius tamen sic mederi illi difficultati conatur, ut explicet non *in medio viae*, sed *secundum medium viae*, i. e. ut Stratus urbs obposita esset medio viae et ei mediae vicinior, quam aliis partibus ejus viae, adeo ut, cum quis in medio viae esset, Stratum haberet viciniorem, quam in alio ejus viae loco; vel ea via, facto circuitu forte propter aliquas soli difficultates, non longe a Strato procederet; quae quidem altius videntur repetita et contorta. Forte per errorem Noster Stratum pro Alyzia praepostero ordine posuit, quia tum demum recte haec procedunt. Equidem verba, quae omnes libri servata cupiunt, reliqui.

8) Per ω hic refert Moscov. cum Aldo et Hoppero. Supra recte per ο cum aliis etiam auctoribus.

gos Amphilochicum, Ambracia: quae pleraeque, aut potius omnes, municipia Nicopoleos factae sunt. Stratus jacet media via ab Alyzia ad Anactorium.

§. 3.

§. 3. Aetol. et Acarn.

Αἰτωλῶν δ' εἰσὶ Καλυδών τε καὶ Πλευρών, νῦν μὲν τεταπεινωμέναι· τὸ δὲ παλαιὸν πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος ἦν ταῦτα τὰ κτίσματα. Καὶ δὴ καὶ [1] διῃρῆσθαι συνέβαινε δίχα τὴν Αἰτωλίαν, καὶ τὴν μὲν, ἀρχαίαν λέγεσθαι, τὴν δ' [2] ἐπίκτητον· ἀρχαίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ Ἀχελώου [3] μέχρι Καλυδῶνος παραλίαν, ἐπὶ πολὺ καὶ τῆς μεσογαίας ἀνήκουσαν, εὐκάρπου τε καὶ πεδιάδος· ἣ ἐστὶ καὶ Στράτος, καὶ τὸ [4] Τραχίνιον, ἀρίστην ἔχον γῆν· ἐπί-

1) Medic. 1. διῃρεῖσθαι ex pronuntiationis ambiguitate. Ceterum hinc excerpta Gem. Plethonis B. interrupta.

2) Parif. vitiofe ἐπίκτηστον.

3) Gem. Pletho uterque ἀπὸ τοῦ Ἀχελώου τε καὶ περὶ Πλευρῶνα arbitrario delectu ex fuperiori notatione. Ipfi Strabonis codices in vulgata lectione confentiunt. Poft in Parif. ante καὶ deeft τέ.

4) In hoc Strabonis loco mihi valde fufpecta vox eft Τραχίνιον et eo, quod nullus alius eam urbem in Aetolia nominavit, tum quod id nomen non convenit oppido campeftri et optimum habenti folum, fed potius loco afpero et montano; itaque fi quid in eo video, omnino credo legendum Τριχώνιον. Urbs enim fuit ejus nominis in ea parte Aetoliae, cujus meminerunt Polybius lib. 5. [c. 7, 7.] Paufanias in Corinthiacis [2, 37, 3. ubi quidem vulgo legitur Τρικωνεὺς de Aetolia] et Stephanus [h. v.] de Urbibus. *Palmerius in Graecia ant.* 4, 2. p. 430. Acute vidit et emendavit Palmerius, ideo laudatus ab Cellario in Geogr. ant.

§. 3.

Aetoliae funt Calydon et Pleuron, quae quondam totius Graeciae eximium ornamentum, hodie humili funt conditione. Ufu venit etiam, ut in duas partes tribueretur Aetolia, quarum una antiqua, altera epictetus, id eft adquifita, diceretur: antiqua cenfetur ora maritima ab Acheloo Calydonem usque, qui longe etiam in mediterranea porrigitur plana et fertilia: ubi Stratus eft et Trachinium, opti-

Aetol. et Acarn. ἐπίκτητον δὲ, τὴν τοῖς Λοκροῖς συνάπτουσαν, ὡς ἐπὶ Ναύπακτόν τε καὶ [5] Εὐπάλιον, τραχυτέραν τε οὖσαν, καὶ [6] λυπροτέραν μέχρι τῆς Οἰταίας, καὶ [7] τῆς Ἀθαμάνων καὶ τῶν ἐφεξῆς ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἤδη περιϊσταμένων ὀρῶν τε καὶ ἐθνῶν.

§. 4.

ant. 2, 13, 219. Neque tamen ſine aliquo librorum nutu recipere ſum auſus. Penzelii verſio verba ἣ ἐστι — γῆν ignorat. Hinc vero Gemiſtus Pletho de nominis cauſa aliqua inſerit a Strabone aliena. Antea ἣ omiſit ed. Xylandri.

5) Nihil invitis libris hic mutandum, etſi in Thucydide 3, 96. et 102. edatur Εὐπόλιον. Nam non ibi ſolum boni codices exhibent Εὐπάλιον, ſed et Stephanus ita ab Artemidoro urbem vocatam eſſe adſirmat, ipſe quidem amplexus diverſa terminatione Εὐπαλία, uti et legitur in Plinio 4, 4. ſ. 3. *Eupalium* tuetur etiam Livius 28, 8, 8. Nempe multa urbium nomina per diverſas terminationes agitantur.

6) Sic omnes codices; tantum Moſcov. λεπτοτέραν, ſed et idem in margine adſcriptum fert γρ. λυπροτέραν, quod hoc ſenſu ſaepe apud noſtrum occurrit, conjunctum etiam paſſim cum τραχὺς, ut infra p. 458. in. Sic Diodor. 4, 20. 5, 39. Sed et altera vox in eodem nexu poſita reperitur, ut ſupra lib. 8. p. 333. med. p. m. 8. Audiendi igitur ſunt plerique codices, ad quos tamen etiam reverſus eſt Moſcov.

7) Moſcov. τῶν Ἀθαμάνων, uti ſaepe loca et populi junguntur. Sic libri hujus initio p. 444. f. et ſaepe alibi. Cf. ad lib. 8. p. 388. p. m. 319. not. 4. Sed ab aliis Msstis non opus eſt recedere, quibus etiam adſentitur hic Gem. Pletho B. Sic Moſcov. paullo poſt vult ὄρων f. ὁρων vel male immutato ſpiritu pro ὀρῶν, quod facile probatur.

optimo ſolo: acquiſita, quae Locris eſt contigua, Naupactum verſus et Eupalium, aſperiore ſolo et ſteriliore, usque ad Oetaeam et Athamanes, reliquosque et montes et gentes verſus ſeptentrionem circumpoſitas.

§. 4.

§. 4. Aetol et Acarn.

Ἔχει δὲ καὶ ἡ Αἰτωλία μέγιστον μὲν [1] ὄρος τὸν Κόρακα συνάπτοντα τῇ Οἴτῃ· τῶν δ' ἄλλων ἐν μέσῳ μὲν [2] μάλα ὄντων τὸν [3] Ἀράκυνθον, περὶ ὃν τὴν νεωτέραν Πλευρῶνα συνῴκισαν ἀφέντες p. 451. τὴν παλαιὰν, ἐγγὺς κειμένην Καλυδῶνος, οἱ οἰκήτορες, εὔκαρπον οὖσαν καὶ πεδιάδα, πορθοῦντος

D 2 τὴν

1) Moscov. Medic. 1. 2. 3. Paris. cum edd. Aldi et Hopperi omittunt hanc vocem, quam nec Guarinus agnoscit. Possit utique ex praecedentibus intelligi, nec male ob συνάπτοντα.

2) Casaubb. Medic. 1. 2. 3. Paris. Vatic. Urbin. Guarinus, servatis hic etiam Graecis, Μαλαόν; Moscov. Μαλαὸν τὸν τὸν Ἀράκυνθον; Venet. Μαλαιόν; in Medic. 2. ex correctione enatum est μάλα ὂν et in margine Moscov. additum μάλα ὄντων. Edd. omnes Μαρλαὸν inde ab Aldo. *Tzschucke.* Fortasse legendum τῶν δ' ἄλλων ἐν μέσῳ μὲν μᾶλλον Ἀράκυνθον. *Casaubonus.* Μαρλαὸν montem nemo novit, et vox corruptionem clamat, quam emendatio, a duobus codicibus admota, optime tollit, nec ea in aliis obscure latens. Praeferenda ex iis videtur Moscoviensis. Nempe τῶν in ὄντων absorptum est a proximi vocis initio.

3) Paris. Venet. Medic. 1. 2. (ante correctoris operam ἀνάκυνθον) 3. Ἀράκινθον, uti reddit etiam Guarinus, et scribit Eustathius ad Homer. Il. 2, 639. p. m. 235. Sed Ἀράκυνθον aliorum Msstorum et editionum satis multorum auctorum consensu probatur. Post edd. Aldi, Hopperi, Xyl. συνῴκησαν, solemni commutatione. Pro Αἰτωλικοῦ Medic. 2. corr. πολιορκητοῦ, quod etsi temere prosiluisse non videtur, aeque tamen obscurum est, ut cum altero commutari non possit. Qui cum Aetolis bellum gessit, Philippi pater fuit, Persei avus, ut ex Polybio 20, 5, 3. discitur. At de hac devastatione nihil ex aliis constat, et noster, satis se nosse Demetrium cognomine Poliorceten, declaravit lib. 9. p. 436. p. m. 619.

§. 4.

Aetoliae maximus mons est Corax, Oetae conterminus. De reliquis, in media regione sitis, Aracynthus, juxta quem recentiorem condidere Pleuronem incolae, antiqua omissa, quae Calydoni vicina solo ubere et plano jacebat, cum regionem

Aetol. et Acarn. τὴν χώραν Δημητρίου, τοῦ ἐπικληθέντος Αἰτωλικοῦ. Ὑπὲρ δὲ τῆς [4] Μολυκρείας [5] Ταφιασσὸν καὶ Χαλκίδα, ὄρη ἱκανῶς ὑψηλὰ, ἐφ' οἷς πολίχνια [6] ἵδρυται,

14) Ita ex libris suis pro τύπῳ, quod ante eum ferebatur, scripsit Casaubonus, idemque tuentur codices mei et margo Moscoviensis, cum in ipso contextu positum exstet τύπο pro τύπῳ, uti et ante Brunckium legebatur in edd. Sophoclis. Κύτει probavit etiam Heathius in notis in Tragicos, in Sophoclem p. 70. et in ipso contextu repetiit Hoepfnerus.

15) Moscov. βούκρανος, et supra βούπρωρος. Prius exhibent

filiae: quam Sophocles ita loquentem facit:

Nam nuptias Achelous ambivit meas
Fluvius, tribus me formis a patre flagitans.
Nunc taurus evidens, varius draco
Nunc flexilis, specie viri
Vultu bovis nunc.

Ad-

Echinades. Προστιθέασι δ' ἔνιοι, καὶ τὸ τῆς [16] Ἀμαλθείας τοῦτ' εἶναι

bent editiones Aldi, Hopperi, Xylandri; posterius, praeeunte Casaubono, reliquae, idque sustinent cum Casaubono. codicibus alii mei omnes et libri Sophoclis recentiori aetate editi, etsi Scholiastes, ut ex ejus nota adparet, βούκρανος ibi etiam legit. At βούπρωρος valide tuetur ipse Strabo in sequentibus, nec solum rectius omnino, sed et elegantius censet Heathius c. l. ut sensus inde existat hic: *corpore humano, vultu bovino.* Cf. etiam, praeter Strabonem ipsum et Casaubonum in nota subjecta, Philostratus in Icon. n. 4. p. 868. ed. Olearii, et quae adtulit ad Sophoclem Hoepfnerus p. 9. Sic Sophocles post v. 223. (in ed. Brunckii, aliis v. 227. s. 236.) ἀντίπρωρα dixit, contra ἀνδρόπρωρος ex Empedocle Aristoteles Physicor. 2, 8. ἀνδρόπρωρα Plutarchus adversus Colotem p. 617. ed. Lips. et Aelian. H. An. 16, 29. ubi βουγενῆ ἀνδρόπρωρα et contra ἀνδροφυῆ βούκρανα ex eo redditur. Sed plura dabunt interpretes Hesychii T. 1. p. 354. et inprimis p. 402. Alia quaestio est, quae tamen hic excuti nequit, an recte sic dixerit poëta, cum subjiciat: ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος Κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο, quod ex mento tauri palearia, non barba, propendeant. At certe vultu hominis barbato adparet in numis Epiri, Ambraciotarum, Acarnaniae et Oeniadarum. Sed cf. Burmannus ad Dorvillii Sicula p. 387. sq. et in primis, qui de his versibus plura contulit, Ignarra de palaestra Neapolit. p. 240. et quae addit monita Eckhelius in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 183. sq. Versus aliter distinxit Capperonnierius. *Tzschucke.* Libri manu exarati habent κύτει pro τύπῳ. Vocat autem κύτος reliquum corpus praeter caput. In iisdem libris legitur βούπρωρος, non βούκρανος. Quod etiam, ante quam scirem, legendum ita esse, animadverteram. Neque vero ardua nimis conjectura, si quis sequentia Strabonis verba legat non negligenter. Sic igitur magni poëtae locus legatur: ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει βούπρωρος. Porro vocis βούπρωρος elegantiam agnoscent, qui in Tragicorum lectione fuerint versati. *Casaubonus.*

16) Medic. 1. 2. Paris. hic et paullo post Ἀμαλθίας, ut in ipso contextu Aldus, quod tamen in erratis per ει efferendum fuisse monet. Cf. postea. Notavit illam scripturam per ι et aliam per αι, (quae sic in libris Diodori 5, 70. — occurrit) Pantinus ad Apostolii proverbia p. 293. Per ει tuetur usus. Nomini Ἡρακλῆς articulum praemittunt Moscov. Medic. 1. 2. et Paris. Ambigua est ratio. Pro Οἰνεῖ male Medic. 2. cum Aldo et Hoppero ἐνί.

Addunt nonnulli fabulae, Amaltheae cornu id fuisse, quod

εἶναι λέγοντες κέρας, ὃ ἀπέκλασεν Ἡρακλῆς τῦ Echinades.
Ἀχελώου, καὶ ἔδωκεν Οἰνεῖ τῶν γάμων ἕδνον.
Οἱ δ' εἰκάζοντες ἐξ αὐτῶν τἀληθὲς, ταύρῳ μὲν ἐοικότα λέγεσθαι τὸν Ἀχελῶόν φασι, καθάπερ καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ἀπό τε τῶν ἤχων, καὶ τῶν κατὰ τὰ ῥεῖθρα καμπῶν, [17] ἃς καλοῦσι κέρατα· δράκοντι δὲ διὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν σκολιότητα· βούπρωρον δὲ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ ταυρωπόν· τὸν Ἡρακλέα δὲ καὶ ἄλλως εὐεργετικὸν ὄντα, καὶ τῷ Οἰνεῖ κηδεύσαντα, παραχώμασί τε καὶ [18] διοχετείαις βιάσασθαι τὸν ποταμὸν πλημμελῶς ῥέοντα, καὶ πολλὴν τῆς [19] παρ- p. 459.
αχε-

17) Medic. 3. ά. Recte et ſic. Pro δράκοντι Medic. 2. corr. et edd. ante Caſaubonum δράκοντα, qui ex libris ſuis, quibus reliquos meos addo, itaque poſtulante ſtructura, repoſuit δράκοντι. In ſequentibus ταυροπὸν ſuperiorum editorum recte ſic emendavit, ut pro κηδεύσαντος, quod antea legebatur, propter nexum, adſtipulantibus etiam Msſtis, dedit κηδεύσαντα.

18) Medic. 2. διοχετίαις; non recte.

19) Medic. 1. 3. Moſcov. Pariſ. edd. Aldi, Hopperi Παραχελώτιδος; Medic. 2. Παραχελωνίτιδος. Cf. ſupra de his derivatis. Sequens verbum φθείροντα ex libris veteribus reſtituit Caſaubonus, cum antea deſideraretur. Ex meis codicibus ſoli adponunt Medic. 1. (a poſteriori manu adjutus) et 3. Pro τῦτ' Medic. 1. 2. 3. Pariſ. τῦτο. Promiſcuus valet uſus, ſaepe in his obſervatus. Ἀμαλθίας per ι, ut ſupra, dant Pariſ. Medic. 1. 2. cum ed. Aldi.

quod defregit Acheloo Hercules, Oeneoque in nuptiarum ſtipulationem dedit. Qui autem ex fabulis verum colligunt, tauro ſimilem forma Acheloum aiunt, ut et alios fluvios, ob ſtrepitus et flexus alveorum, qui cornua dicuntur: draconem, ob longitudinem et obliquitatem: taurina fronte, ob eandem cauſam, quae ei bovis formam tribuit. Herculem porro alioquin beneficum, Oenei ſoceri in gratiam aggeribus et aquae ductibus fluvium compeſcuiſſe, vitioſe fluentem, magnamque

Echinades. αχελωΐτιδος φθείροντα ἀνάψυξιν χαριζόμενον τῷ Οἰνεῖ· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας. Τῶν μὲν οὖν Ἐχινάδων, καὶ τῶν [20] Ὀξειῶν κατὰ τὰ Τρωϊκὰ Μέγητα ἄρχειν φησὶν Ὅμηρος·

— ὃν τίκτε Διῒ φίλος ἱππότα Φυλεὺς,
Ὅς ποτε Δουλίχιόνδ' ἀπενάσσατο, πατρὶ χολωθείς.

Πατὴρ δ' ἦν Αὐγέας ὁ τῆς Ἠλείας καὶ τῶν Ἐπειῶν ἄρχων· ὥστ' Ἐπειοὶ τὰς νήσους ταύτας εἶχον, οἱ συνεξάραντες εἰς τὸ Δουλίχιον τῷ Φυλεῖ.

§. 21.

Αἱ δὲ τῶν Ταφίων νῆσοι, πρότερον δὲ [1] Τηλεβο-

20) Sic pro Ὀξείων, diſerte etiam monente Moſcovienſi, ſcripſi. Pro φυλεὺς (vulgo φύλευς) quod proſtat in Homero Il. 2, 628. Medic. 2. et edd. Aldi, Hopperi φιλεὺς, ut idem codex effert poſtea. Ante ἀπενάσσατο Medic. 3. omittit δ'; ipſum verbum in Pariſ. ſcriptum legitur ἀπεμάσσατο.

1) Moſcov. Τηλεβύων et Τηλεβόων, ut infra p. 461. Medic. 2. praeponit τῶν. Per ο aliorum etiam auctoritate confirmatur. Accentum ex penultima projeci in ultimam, quia dicuntur Τηλεβόαι (Apollon. Rhod. 1, 748. —) unde Τηλε-

que Paracheloitis partem reſiccaſſe: id eſſe Amaltheae cornu. Enimvero Echinadibus et Acutis inſulis tempore belli Trojani imperaſſe Megetem Homerus ait:

Quem Phyleus Diis carus equeſter procreat olim.
Is ſe Dulichium ſaevam genitoris ob iram
Contulerat —

pater autem Phylei fuit Augeas, Eleae ditionis et Eporum princeps: itaque inſulas iſtas Epei tenuerunt, qui cum Phyleo Dulichium migraverant.

§. 21.

Taphiorum porro inſulae, ante dictae Teleboarum, qua-

λεβοῶν, ὧν ἦν καὶ ἡ Τάφος, νῦν δὲ [2] Ταφιοῦς καλουμένη, χωρὶς ἦσαν τούτων, οὐ τοῖς [3] διαστήμασιν Echinades.

Τηλεβόαις paullo post in Nostro. Sic Λαπίθων, Ὀζόλων multi scribunt sine idonea caussa. Cf. paullo post in nomine Οἰνιαδῶν. Post Aldus, Hopperus ἡ Τάφιος. At supra p. 456. Τάφος, et sic cum Msstis Stephanus h. l. Schol. Apollonii ad 1, 747. Cf. Holsten. ad Stephan. p. 316.

2) Moscov. (ut supra p. 456.) Medic. 1. 2. 3. Ταφιοῦς; edd. Aldi, Hopperi Ταφιοῦς, uti legit etiam Guarinus; vertit enim: *quam nunc Taphiuntem vocant*; et supra in Msstis exstabat. Xylander ex Stephano, opinor, primus posuit Ταφιοῦσα, etsi idem supra Ταφιοῦς cum aliis intactum reliquerat. Hermolaus Barbarus ad Plinium 4, 19. s. 12. hic emendabat Ταφιὰς λεγομένη, et hinc in Plinio pro *Saphiasis*, quod in libris suis invenerat, idem substituebat. *Taphias* in Plinio quidem libri probant, quos adjuvat etiam in hac terminatione Stephanus. Cum tamen pro literis ου constantissime hic pugnent codices, melius ad Strabonem revocantur Stephanus et Plinius, si illis dederis *Taphius* pro *Taphias*, et sic firmius etiam forma Ταφιοῦς supra p. 456. constabat. Stephanus, cui Τάφος, post dicta Ταφιοῦσσα, urbs est Cephalleniae, Ταφιὰς insula, omnia videtur conturbasse, et forte Ταφιοῦσσα ad Cephalleniam melius pertinet, Τάφος et Ταφιὰς s. Ταφιοῦς de insula debent intelligi. Nempe cum a Τάφος descendat Τάφιος, urbem Taphiorum seorsum suo loco commemorat Ἀσπαλάθειαν, quod ad Taphum eandemque Taphiussam quis retulerit? *Taphiusa* etiam olim vulgo legebatur ad Leucadem posita in Plinio 36, 39. s. 21. pro quo ex Msstis receptum *mons Taphius*, qui ad insulam Taphum commode potest referri. Sed et Hermolaus ad Plinii posteriorem locum, meliori codice usus, agnoscit, *Taphias* Straboni et Plinio quasdam insulas esse, quarum una sit Ταφιοῦς. Sed cf. quae de his differuerunt Salmasius ad Solin. cap. 37. s. 40. p. m. 503. et Politus ad Eustathium in Homerum Tom. 2. p. 651. additis iis, quae supra ad p. 456. notavi. Ut Strabo secum concordaret, dedi hic etiam Ταφιοῦς. Utramque formam omnino probat Holsten. ad Stephan. p. 316.

3) Medic. 1. 2. 3. edd. Aldi, Hopperi διαιτήμασιν. Sed pro διαστήμασιν, quod recte posuit Xylander, agunt non solum codices cum Guarino, sed et ipsa orationis series. Κεῖται

quarum fuit etiam Taphos, quae nunc Taphius usurpatur, ab his separantur, non intervallo (vicinae enim sunt) sed

Echinades. μασιν, (ἐγγὺς γὰρ κεῖνται) ἀλλὰ ὑφ' ἑτέροις ἡγεμόσι ταττόμεναι, Ταφίοις καὶ Τηλεβόαις· πρότερον μὲν οὖν Ἀμφιτρύων ἐπιστρατεύσας [4] αὐτοῖς μετὰ Κεφάλου τοῦ [5] Δηϊονέως ἐξ Ἀθηνῶν φυγάδος, ἐκείνῳ τὴν ἀρχὴν παρέδωκεν αὐτῶν· ὁ δὲ ποιητὴς ὑπὸ Μέντῃ τετάχθαι [6] φησὶ, λῃστὰς καλῶν αὐτοὺς, καθάπερ καὶ τοὺς Τηλεβόας ἅπαντάς φασι. Τὰ μὲν περὶ τὰς νήσους, τὰς πρὸ τῆς Ἀκαρνανίας, ταῦτα.

§. 22.

ται in editionibus profectum eſt ab Aldo, haeſitque inde in reliquis. Medic. 1. 2. 3. Venet. Moſcov. κεῖνται, quod vertit Guarinus, nexus deſiderat. Ταττόμενοι operarum vitium eſt in edd. Aldi et Hopperi. Sequentia verba ita in Vatic. leguntur: Ταφίοις γὰρ καὶ Τηλεβόαις. At proxima eam particulam reſpuunt.

4) Medic. 1. 2. (hic corr.) Pariſ. edd. Aldi, Hopperi αὐτοὺς; Vatic. Urbin. ἐπ' αὐτοὺς; alii αὐτοῖς, quod, tamquam uſitatius, non recuſavi, etſi cum accuſativo alibi etiam reperitur. Vid. Valckenar. ad Euripidis Phoeniſſ. v. 292. et Beckius ad Ariſtophanis aves v. 1521.

5) Medic. 1. Δηϊόνος, et ex corr. Δηϊονέος; prius etiam dant Medic. 3. Moſcov. Pariſ. edd. Aldi et Hopperi. Sic et Guarinus vertit *Deionis*. Medic. 2. Δηίωνος; Vatic. Urbin. et Venet. videntur praetuliſſe Δηϊονέως, quod ex hoc loco repetiit Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 1, 105. p. m. 27. in. et ſupra p. 456. in. adfuit, primus hic invexit Xylander, ut ſuperior forma maneret, etſi duplex etiam notatur in Apollodoro 1, 7, 3. et 2, 4, 7. nec ſibi ſemper, in libris certe, conſtat Strabo; hic tamen aliqui libri largiuntur. Omnino autem non ſimpliciter diverſae formae rejici poſſunt, quas certe jactant diverſi auctores. Sic enim occurrunt Δηϊὼν, Δηίων, Δηϊονεὺς et Δηϊωνεὺς, de quibus monuit Heyne ad Apollodor. p. m. 99. aliique, quos produxit. Corruptiones ſive formas varias dederunt ſupra libri p. 456.

6) Deeſt haec vox in Medic. 3. Sequentia verba λῃστὰς — φησὶ in margine adpoſita Moſcov. gerit; in reli-

ſed quod aliis ducibus ſuberant, Taphiis et Telebois. Ante autem Amphitruo cum Cephalo Deionei F. Athenis exſulante, eos bello adortus, Cephali imperio ſubjecerat. Poëta Mentae eos paruiſſe ait, et praedones facit, ut et Teleboas univerſos dicunt. Haec ergo de inſulis ante Acarnaniam ſitis dicta ſint.

§. 22.

§. 22. Acarnania.

Μεταξὺ δὲ Λευκάδος, καὶ τȢ̃ Ἀμβρακικοῦ κόλπȣ λιμνοθάλαττά ἐςι, [1] Μυρτούντιον λεγομένη. Ἀπὸ δὲ Λευκάδος ἑξῆς Πάλαιρος καὶ Ἀλυζία τῆς [2] Ἀκαρνανίας πόλεις, ὧν ἡ Ἀλυζία πȣν-

·eliquis φησὶ ipſe contextus accepit. *Tzſchucke.* Lego φασὶ, donec me doceat aliquis, ubinam ille poëtae ſit locus. *Caſaubonus.* Ληΐςορες ἄνδρες Taphii vocantur ab Homero Odyſſ. 15, 426. at nuſpiam Teleboae in illo occurrunt. Euſtathius, qui ad Homer. Odyſſ. 1, 105. p. 27. in. hunc ocum deſcripſit, hanc partem ſummatim Straboni ipſi adribuit. Idem vero etiam diſerte antea p. m. 26, 44. ἐλέγοντο δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ Τηλεβόαι. Probabilis igitur eſt conjectura Caſauboni, in primis cum φησὶ et φασὶ paſſim confunlantur. Exempla ſubminiſtrabunt libri noſtri et aliorum, it jam notavi ad lib. 8. p. 384. f. (p. m. 294. n. 6.) Adlo, ſi tanti eſt, Rhoerum ad Porphyr. de abſtinentia animaium 3, 15. p. 247. Sic φησὶ pro φασὶ olim in Luciano de alumniis non temere credendis cap. 14. ſtabat. — Cf. infra p. 460. in. 462. f. — Forte etiam legi poſſit ἅπαντες, ut ic reliqui auctores Homero obponantur, et inde Teleboas et Taphios eosdem eſſe etiam hoc documento probetur. Repoſui igitur φασί.

1) Hoc nomen aliis omnibus ignotum, librorum tamen noſtrorum conjuncto conſenſu ſtabilitur.

2) Subjiciunt libri ἐςὶ, quod ignorat ſolus Medic. 3. idemque pro πόλις, quod praeeunt reliqui, dat πόλεις, et ſic emendationi Palmerii in Graecia ant. 3, 11. p. 414. in poſteriori quidem verbo robur addit. Hic nempe volebat εἰσὶ πόλεις propter ſequentia. Etſi enim, pluribus praemiſſis ſubſtantivis, modo ultimum in ſingulari numero poſitum ſit, verbum eodem numero ſaepe adjunctum ſequitur, ut plurimis exemplis doceri poſſit, facilius tamen optimi codicis Medicei ope in hoc nexu oratio fluit; quare eum negligere nolui.

§. 22.

Inter Leucadem porro et ſinum Ambracium mare eſt paludis inſtar, quod Myrtuntium appellatur. A Leucade deinceps ſunt Palaerus et Alyzia, urbes Acarnaniae: de his Alyzia a mari diſtat

XV

Acarnania. πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάττης διέχει ςαδίους, καθ' ἥν ἐςι λιμὴν [3] Ἡρακλέυς ἱερὸς καὶ τέμενος. [4] Ἐξ αὐτῦ Ἡρακλέους [5] ἄθλους, ἔργα Λυσίππου, [6] μετήνεγκεν εἰς Ῥώμην τῶν ἡγεμόνων τις, παρὰ τόπον κειμένυς διὰ τὴν ἐρημίαν. Εἶτα ἄκρα [7] Κριθωτὴ, καὶ Ἐχινάδες, καὶ πόλις Ἀςακὸς, ὁμώ-

3) Verba haec Ἡρακλέυς — ἐξ αὐτῦ primum omiſſa in Medic. 2. poſt acceſſerunt. In conſpectu locata eſt cauſa.

4) Libri veteres ἐξ οὗ τῦ. Lego ἐξ οὗ τῦς Ἡρακλ. *Casaubonus.* Ex meis ſolus Medic. 1. cum antea habuiſſet ἐξ αὐτῦ, mutatum accepit in ἐξ οὗ. Concinnior lectio Casauboni. At renitentibus tot libris, cum et alibi in partes diſſecta orationis membra et diſſoluta adponat, vulgatam lectionem commovere nolui.

5) Medic. 3. adpendit ἔχον, quod ſic retulit ad τέμενος; Medic. 2. corr. habet ἆθλοι.

6) Medic. 2. ἃ μετήνεγκεν, ut antea Medic. 3. ſed poſt correctionem ὓς μετήνεγκεν; Aldus μετήνεικε δὲ εἰς; Hopper. μετήνεγκε δὲ εἰς; reliqui libri, uti vulgaverat Xylander, μετήνεγκε εἰς juſto nexu, etſi lectio Medicei 3. τέμενος — ἄθλυς ἔχον, ἔργα Λυσίππυ, ἃ — vel etiam ὓς propter ſeq. κειμένυς ferri poſſit, niſi obſtet durius ſic antea inſertum ἐξ. Poſt ex Vatic. notatum inveni παρατόπων κειμένως διὰ τὴν ἐρημίαν.

7) Medic. 1. 2. 3. Pariſ. Aldus, Hopperus Κορινθωτὴ, quod et in margine adlitum fert Moſcov. Pro eo transverſis literis Guarinus emiſit *Cornithota*; reliqui videntur dediſſe Κριθωτὴ, quod repoſuit Xylander, et deinceps omnes editiones receperunt. Κριθωτὴ probat etiam Stephanus, unde Caſaubonus Xylandrea editione uſus, Κρηθωτὴ huc transfert, uti quidem ſcriptum exſtat de cognomini urbe in Scylace p. 28. Hudſ. quae tamen aliis omnibus Κριθωτὴ, quod et in Stephano literarum ordo requirit. Lat. *Crithote* vocatur. Vid. Plinius 4, 18. ſ. 11. et quos ibi nominat Harduinus, omiſſo praetera Suida h. v. Sed et *Crithota* hoc promontorium ſcribit praeter noſtrum et Stephanum,

xv ſtadiis: ibi portus eſt Herculi ſacer, ejusque templum. Inde Herculis aerumnas, opus Lyſippi, Romam imperatorum quidam tranſtulit, cum ob ſolitudinem alieno ſitum eſſet loco. Sequitur Crithota promontorium, Echinades, urbs Aſtacus, cognominis ei, quae apud

ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν καὶ τὸν Ἀςακηνὸν κόλπον, ἑνικῶς [8] λεγομένη, καὶ ἡ Κριθωτὴ δ' ὁμώνυμος πολίχνη τῶν ἐν τῇ Θρακίᾳ Χεῤῥονήσῳ· πάντα δ' εὐλίμενα τὰ μεταξύ· εἶτ' Οἰνιάδαι, καὶ ὁ Ἀχελῶος· εἶτα λίμνη τῶν [9] Οἰνιαδῶν, Μελίτη καλυμέ- Acarnania.

ium, qui soli id norunt, Dominicus Niger lib. II. p. 295. Pro πόλις Medic. 1. male hic πόλεις.

8) Ita Casaubonn. Medic. 1. 2. 3. Paris. Venet. Vatic. Urbin. Moscov. Aldo duce, invitis codicibus omnibus, editiones reddiderunt προσλεγομένη. Inepte, si nexum loci et sensum verbi consideres, quippe quod ὁμιλίαν διὰ λόγων indicat, uti explicatur ab Eustathio ad Homer. Odyss. 12, 34. p. m. 466. in. vel ἀποκρίνεσθαι a Scholiasta Theocriti 1, 92. Tum vero Strabo solet ita haec edere ἑνικῶς, πληθυντικῶς λέγειν, ἐκφέρειν, ὀνομάζειν. Cf. lib. 9. p. 499. (p. m. 441.) p. 408. (p. m. 434.) lib. 10. p. 489. et alibi. Quare τὸ πρὸς praecidi.

9) Rescripsi Οἰνιαδῶν pro vulgato Οἰνιάδων, etsi scio, hoc in optimis etiam edd. frequentari, v. c. Thucyd. 2, 102. Diodori 1, s. 85. Polybii 22, 15, 14. — At Οἰνιαδῶν scribitur etiam in Thucydide 3, 114. ubi et in priori loco, simpliciter tamen, utraque forma notatur. Non enim est ab Οἰνιάδες, sed ab Οἰνιάδαι. In voce Λαπιθῶν supra lib. 9. p. 440. (p. m. 646.) simile aliquid adfuit, etsi hoc de populo, ut in Τηλεβοῶν notavit Heyne ad Apollodor. 2, 4, 7. p. m. 121. de quo et supra dictum est. In ι haesi; idem nomen supra lib. 9. p. 434. (p. m. 605.) per ει scribitur in libris et in Stephano apertius ex literarum serie de nostra urbe. At non solum priorem formam tuentur hic libri omnes, sed et alii auctores, quos comprobat auctoritas numorum. Tum ipse Stephanus fluctuatur, qui s. v. Ἐρσίχη habet ι. Post πολλῶ Venet. pro πολλῷ.

apud Nicomediam et sinum Astacenum singulari numero dicitur. Sed et Crithote nomen commune est cum oppidulo in Thracia Chersoneso. Omnia, quae interjacent, commodos habent portus. Sequuntur Oeniadae et Achelous. Deinde lacus Oeniadarum, Melite

Acarna-nia. λουμένη, μῆκος μὲν ἔχουσα τριάκοντα σταδίων· πλάτος δὲ εἴκοσι καὶ ἄλλη Κυνία διπλασία ταύτης καὶ μῆκος καὶ πλάτος· τρίτη δ' Οὐρία πολλῷ τούτων μικροτέρα· ἡ μὲν οὖν Κυνία [10] καὶ ἐκδίδωσιν εἰς τὴν θάλατταν· αἱ λοιπαὶ δ' ὑπέρκειται ὅσον ἡμιστάδιον· εἶθ' ὁ Εὔηνος, εἰς ὃν ἀπὸ τοῦ Ἀκτίου στάδιοι ἑξακόσιοι ἑβδομήκοντα· μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον τὸ ὄρος ἡ Χαλκὶς, ἣν [11] Χάλκειαν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος· εἶθ' ἡ Πλευρὼν, εἶθ' ἡ [12] Λίκυρνα κώμη, ἧς ὑπέρκειται Καλυδὼν ἐν τῇ μεσογαίᾳ [13] στα-

10) Deeſt in Medic. 3. Poſt Medicei omnes λοιπαὶ δέ.

11) Moſcov. Pariſ. Medic. 3. Χαλκεῖαν. Alias nominis variationes deinceps indicabo.

12) Moſcov. Pariſ. Medic. 2, 3. Λίκυρνα; et ſic Guarinus *Licyrna*; pauci reliqui cum edd. Λυκίρνα. Utra potior ſit ſcriptura, dubium, cum hoc nomine pagum ſolus Strabo commemoret. Attamen aliquatenus, ſi tanti valet vicus alias ignotus, ſuccurri poteſt ex aliorum corruptis indiciis. Ita Stephanus Ἁλίκυρνα κώμη Ἀκαρνανίας ex Strabone producit, quo nomine Λίκυρνα in eo tantum reſtat. Ex Stephano hinc ita emendant apud Scylacem p. 14. Hudſ. pro Μύκαρνα, ut in Plinio 4, 3. ſ. 2. Harduinus pro *Halyſarna*, addicente quidem ſitu, quem Strabo declarat. Iam vero ſi Λίκυρνα hinc probandum videtur, nova de augmento nominis per α ſubnaſcitur dubitatio, in qua ad Stephani partes magis propendeam. Dedi tamen, cum nullus liber in eo opituletur, Λίκυρνα.

lite nomine, longus ſtadia xxx, latus xx. aliusque Cynia ad hunc duplus utraque dimenſione, et tertius Uria multo his minor. Cynia ſane in mare exit: reliqui dimidio ſtadio ſupra mare jacent. Tum Evenus, ad quem ab Actio ſtadia IↃCLXX. Poſt Evenum mons Chalcis, quem Artemidorus Chalceam appellat: deinde Pleuron: poſt Licyrna pagus, ſupra quem ad ſtadia xxx jacet Calydon in mediterraneis. Apud Calydonem fanum eſt Laphraei Apol-

[13] σταδίοις τριάκοντα· περὶ δὲ τὴν Καλυδῶνα ἐστὶ Acarnania.
τὸ τοῦ [14] Λαφραίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· εἶθ' ὁ Ταφιασ-
σὸς τὸ ὄρος· εἶτα Μακυνία πόλις· εἶτα [15] Μολυ- p. 460.
H 2 κρία,

13) Moscov. Paris. Medic. 3. σταδίοις pro vulgato σταδίους. Variatio nota ex iis, quae monui ad lib. 8. p. 386. (p. m. 305. n. 1.) Sed et in ipso hujus verbi connexu ita fieri loca plura docent, utrumque ex linguae usu, prout vel εἰς vel ἐν subpleas, quae et Noster passim addit. Cf. lib. 8. p. 373. f. (p. m. 238.) et 9. p. 426. (p. m. 552.) Auscultandi videntur libri scripti optimae notae; quare σταδίοις dedi.

14) Casaubonn. Medic. 1. corr. 2. 3. Vatic. Urbin. Moscov. Paris. Λαφραίου, quod et antea tulerat Medic. 1. Venet. cum edd. Λαθραίου, quod et reddidit Guarinus. Casaubonus probat Λαφραίου; Palmerius in Gr. ant. 4, 15. p. 472. malit Λαφρίου, cui adsentitur Spanhemius ad Callimachum in Apoll. v. 105. uterque adjutus a Pausania 4, 31, 6. qui narrat, Calydonios Dianam cognomine Laphriam coluisse. Cf. idem 6, 18, 7. et quos ad priorem locum nominat Facius. Tuentur id nomen etiam numi, ad quos plura notant viri docti. Vid. Rasche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 1489. At hi omnes Dianam norunt Laphriam; de Apolline cognomini altum regnat silentium. Inde etiam Palmerius aut Ἀρτέμιδος substituendum, aut Strabonem errasse putat. Equidem, si alterutrum admitti debeat, posterius tamquam levius praetulerim. Tum cum illud Dianae cognomen a Laphrio, Castalii fratre, ortum sit, (v. Pausan. 7, 18, 6.) utique Laphraeus inde vix recte derivari possit. Expressi tamen in hac dubitatione Msstorum Λαφραίου. Post repolui Ταφιασσὸς pro Ταφίασος, de quo cf. ad lib. 8. p. 427. (p. m. 558. n. 1.) et supra p. 451. etsi codices hic et postea simplici σ praeferunt, praeter Medic. 1. qui infra etiam habet Ταφίασσος.

15) Per ι efferunt Medic. 3. Moscov. optimi alias codices, ex quibus possit recipi, in primis cum ita codices supra p. 451. in. exhibeant, nisi alii omnes et hic majori numero in ει conspirent. Sic Scylax p. 14. Huds. Cf. de duplici scriptura Wesseling. ad Diodor. 12, 60. Sic Καλαύρεια et Καλαυρία et alia. Cf. etiam deinceps. Dedi

Apollinis. Sequitur mons Taphiassus: inde urbs Macynia, post Molycria, ac prope Antirrhium Aetoliae ac Locridis limes, ad quod ab Eueno sunt stadia circiter cxx. Atque Artemidorus qui-

Acarnania.

κρία, καὶ πλησίον τὸ Ἀντίῤῥιον, τὸ τῆς Αἰτωλίας ὅριον καὶ τῆς Λοκρίδος· εἰς ὃ ἀπὸ τοῦ Εὐήνου στάδιοι περὶ ρ εἴκοσι· Ἀρτεμίδωρος μὲν οὕτω περὶ τῆς, εἴτε Χαλκίδος, εἴτε Χαλκείας τοῦ ὄρους, μεταξὺ τοῦ [16] Ἀχελώου καὶ τῆς Πλευρῶνος ἱδρύων [17] αὐτήν. Ἀπολλόδωρος δὲ, ὡς πρότερον εἶπον, ὑπὲρ τῆς Μολυκρίας καὶ τὴν Χαλκίδα, καὶ τὸν [18] Ταφιασσὸν,

di tamen per ι, uti poſt plus ſemel ſcribitur, conſtantiae cauſa. Pro ρ ipſo vocabulo numerum exprimit ἑκατὸν Moſcov. ut ed. Aldi, et pro οὕτω Medic. 1. 2. 3. οὕτως. Cf. ad lib. 8. p. 377. (p. m. 255. n. 1.) Denique pro Χαλκείας Moſcov. Medic. 3. Pariſ. Χαλκίας, de qua variatione antea eſt dictum.

16) Palmerius in Gr. ant. 4, 16. p. 476. ſuſpicatur, vocem Acheloum male hic Eveni locum obtinere, et Εὐήνου reponendum eſſe, quia hic Strabo non loquatur de locis circa Acheloum, et Thucydides 2, 83. Chalcidem ad Eveni exitum ponat. Attamen in Artemidorum potius hunc errorem devolvit, quam in Strabonem, cum adeo Dionyſius v. 496. eundem Chalcidis ſitum prope Acheloum commemoret. Quae Strabo ſtatuerit ipſe, adparet ex iis, quae p. 459. ſ. leguntur, ubi progreſſus ab Acheloo poſt Evenum Chalcida montem conlocat. Tum fuit prope cognominem urbem, (cf. Strabo p. 451. in.) quam ἀγχίαλον facit etiam Homerus Il. 2, 640. et ad Acheloum ponit Euſtathius p. m. 235. At et mediterranea urbs Chalcis commemoratur a Ptolemaeo 3, 15. unde facile opinionum diverſitas naſci potuit. Mutari certe nihil poteſt.

17) Medic. 3. αὐτῇ. Tum Medic. 1. 2. 3. Pariſ. δ' ὡς, pro δὲ, ὡς. Poſt Medic. 2. corr. περὶ τῆς; male. Cf. ſupra p. 451. in. Pro Χαλκίδα Moſcov. hic accepit Χαλκῖδα. Recte ſupra p. 451. in. in eadem narratione.

18) Medic. 2. Παφίασον; edd. ut reliqui codices, Ταφίασον. praeter Medic. qui hic praefert Ταφίασσον. Equidem et hic, promoto ad ultimam accentu, dedi Ταφιασσὸν, de

quidem Chalcidem ſive Chalceiam montem inter Acheloum et Pleuronem ponit. Apollodorus autem, ſicut ante dixi, ſupra Molycriam et Chalcidem et Taphiaſſum, et Calydonem collocat, in medio Pleuronis et Chal-

τὸν, καὶ τὴν Καλυδῶνα μεταξὺ ἱδρύσθαι [19] Φη- Acarnania.
σὶ τῆς τε Πλευρῶνος καὶ τῆς Χαλκίδος· [20] εἰ μὴ
ἄρα ἕτερον θετέον τὸ πρὸς Πλευρῶνι ὄρος Χαλ-
κίαν καλούμενον, ἕτερον δὲ τὴν Χαλκίδα τὴν πρὸς

H 3 [21] Mo-

de quo cf. ad lib. 9. p. 427. (p. m. 553. n. 1.) Hinc Mof-
cov. Medic. 1. 2. τήν τι; Venet. cum Parif. ἱδρῦσαι.

19) Mofcov. Medic. 1. 2. Parif. φασί. Alii cum edd.
recte, quod nexus probat, φησί. Cf. fupra p. 459. Pro
τῆς τε Medic. 1. τῷ δέ. Proxima verba fic componit Mof-
cov. Χαλκίδος καὶ τῆς Πλευρῶνος. Ad fenfum perinde valet.
Quod vero monuit Xylander, hunc de Chalcide locum
conturbatum effe, non temere id profudit. Cum enim id
profiteatur Strabo, ut fitum Chalcidis montis demonftret,
ex auctoribus aliena a Chalcide admifcentur, quae in unum
cogi non poffunt. Expedit aliquatenus eadem narratio
ex Apollodoro, ut hic innuit, a pag. 451. huc translata,
ubi fupra Molycriam Chalcis ponebatur cum Taphiaffo;
ex quo adparet, pofteriorem hinc in noftro loco partem
ex Apollodoro acceffiffe, quae ad Calydonis fitum perti-
net. Tum vero optime fuccurrunt codices fuperiores, in
quibus legitur, καὶ τήν τε Καλυδῶνα, pro quo ex nota com-
miftione fubftitui poffit καὶ τὴν δὲ Καλυδῶνα, unde fenfus
exfiftat: Calydonem vero fitam effe inter — et hinc pro-
prius ad Evenum, quia progreditur a Locridis finibus. Cf.
antea. Sed et τε, vel δὲ omitti poteft, dummodo duas
conftitueris fententiae partes. Penzelius inverfis his
duobus narrationis membris totum locum mutavit, et
Chalcida ad urbem retulit.

20) Sic omnes codices. At edd. Aldi, Hopperi, Xy-
landri: εἰ μὴ ἕτερον θετέον — καλύμενον, εἰ μὴ ἄρα ἕτερον δὲ
τὴν Χαλκίδα — Cafaubonus verba εἰ μὴ ἄρα, in pofteriori
membro male repetita, recte fuftulit. Nempe cum Arte-
midorus aliorum narrationes turbet, fi Chalcis et Chalcea
idem diverfa nominis forma mons fuit, ita cum concilia-
re cum aliis ftudet, ut alius mons Chalcea fuerit juxta
Pleuronem, alius Chalcis ad Molycriam.

Chalcidis: nifi mons Chalcea ad Pleuronem fitus alius eft, alia Chalcis ad Molycriam. Eft autem etiam iux-

ta

Acarnania. [21] Μολυκρίαν. Ἔστι δέ [22] τις καὶ πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη καὶ [23] εὔοψος, ἣν ἔχουσιν οἱ ἐν Πάτραις Ῥωμαῖοι.

§. 23.

21) Medic. 1. 3. Mofcov. Μολυκρία; Medic. 2. Μολυκρίας; alii cum edd. Μολυκρίαν. At Μολυκρία melius in hac oppofitione refpondet Πλευρῶνι in priori membro.

22) Tacuit ejus lacus nomen, fi bene fe habet hic locus, Strabo, fed nifi me fallit conjectura, nomen expifcatus fum ex Scholiafte Nicandri ad Theriaca v. 215. et fequentibus: Νίκανδρος περί τινων εἰς Αἰτωλίαν ἐρχομένων διηγούμενος φησιν Αἴγειρην τε κολώνην, Οἰωνοῦ τε Ῥυπαῖον, Ὀνθίδα δ' ἂν λίμνην στείχοντες ἴσαν Ναύπακτον. Cum ex hoc loco pateat, Ὀνθίδα λίμνην, *Onthidem paludem*, vicinam fuiffe Naupacto, non fine verifimilitudine credo, de ea loqui hoc loco Strabonem; nam Naupactus non longe a Calydone et forte non tacuit nomen Strabo, fed latet in voce τὶς et fic fcripferat: Ἔστι δὲ Ὀνθὶς πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη. Si cui tamen difpliceat noftra conjectura, de ea non pugnabo; verifimilis tamen videtur. ***Palmerius in exercitt. in auctorr. Gr.*** p. 326. Nota eft Palmerii fagacitas in eruendis locorum nominibus et formis; quae tamen hic fruftra videtur viguiffe, quod certe 8 ftadiis Calydon a Naupacto remota fuit. (Cf. tab. Peuting. 7. D.) Tum Patrenfibus Romanis magis ad pifcaturam exercendam lacus prope Naupactum aptior fuiffe videtur. Deinde faepe fic lacus omiffo nomine, quod vel ipfi non haberent, vel Strabo ignoraret, commemorantur. In hac dubitatione, et quod ne veftigium ullum nominis in codicibus adpareat, nolui imitari Penzelium, qui repofuit, etfi operarum negligentia cum adfperfa labe, *Oetis.*

23) Mofcov. Medic. 1. 3. Parif. Vatic. 173. 174. (fic enim hic notatum legi) εὔυψος, fine linguae etiam auctoritate; Medic. 2. edd. Aldi, Hopperi, Xylandri εὔψυχος, fine fenfu. Εὔοψος optime ex fuis libris dedit Cafaubonus; atque ita in Veneto fuiffe puto. Guarinus interpretatus eft. *profundus.* Ita nempe, quod invenerat, intellexit εὔυψος pro εὐυψής, ut tamen fenfus exftaret.

ta Calydonem palus magna et pifcofa, quam poffident Romani, qui Patris funt.

§. 23

§. 23. Acarnania.

Τῆς δὲ μεσογαίας κατὰ μὲν τὴν Ἀκαρνανίαν [1] Ἐρυσιχαίους τινὰς φησὶν Ἀπολλόδωρος λέγεσθαι, ὧν Ἀλκμὰν μέμνηται·

Οὐδ' [2] Ἐρυσιχαῖος, [3] Καλυδώνιος ὐδὲ ποιμήν,
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας.

1) Medic. 2. corr. Εὐρυσυχέυς; reliqui cum edd. Εὐρυσιχέους. Guarinus vertit: *gentem Euryſicheam.* Sed Ἐρυσιχαίυς ſcribendum eſſe recte monuit Caſaubonus, itaque repetiit in fragmentis Apollodori p. m. 1114. Heyne. Valet huc in primis Stephanus, qui commemorat Acarnaniae urbem Ἐρυσίχη. Ita enim recte ex nominis auctore Ἐρυσίχη et gentilibus, comprobante etiam ipſo Stephano ſ. v. Οἰνειάδαι, pro Ἐρυσίκη repoſuit Berkelius. Inde vero deſcendit Ἐρυσιχαῖος, de cujus etiam accentu multa diſſerit Stephanus, quod nimirum Ἐρυσίχαιος ſcribendum eſt adpellativum nomen. Accedit Scholiaſtes Apollonii ad 4, 972. qui ex Alcmane Ἐρυσίχαιον, tamquam adpellativum, adfert, quod huc ſpectare debet, quamquam, ſi locum a Stephano adpoſitum reſpicit, diverſa ratio valere videtur. Cf. etiam deinceps. Non igitur illam ſcripturam moratus ſum.

2) Vatic. 173. 174. (ſic) Medic. 2. 3. Moſcov. edd. Aldi, Hopperi, Εὐρυσιχέος; Guarinus etiam *Euryſicheus*; ed. Xylandri, Caſaub. 1. Εὐρυσυχέος; edd. Pariſ. Amſtelod. Εὐρυχέος, quod et Pariſ. oſtendiſſe videtur; Medic. 1. Εὐρισιχέος. Revocari huc poſſunt, quae de vocabuli ſcriptura proxime antea notavi, praeeunte Caſaubono, qui recte et hic, quamvis pravo accentu, reponi jubet Ἐρυσίχχιος, uti vult Scholiaſtes Apollonii c. l. Cf. antea. Duo enim hi verſus, quos in Mſstis Stephani deſideratos ex Stra-

§. 23.

In mediterraneis apud Acarnaniam Apollodoru quosdam Eryſichaeos eſſe ait: quorum mentionem facit Alcman:

Non Eryſichaeus, aut Calydonius paſtor,
Sed ab extremis Sardibus.

Ad

Acarnania. Κατὰ δὲ τὴν Αἰτωλίαν ἦν Ὤλενος, [4] οὗ ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ μέμνηται Ὅμηρος· ἴχνη δ' αὐτῆς λείπεται μόνον ἐγγὺς τῆς Πλευρῶνος ὑπὸ τῷ [5] Ἀρακύνθῳ. Ἦν δὲ καὶ [5] * Λυσιμαχία πλησίον,

Strabonis hoc loco et efflagitante nexu addidit Berkelius, videntur exſtitiſſe in libris Holſtenii. Plura dabit uterque ad Stephanum, hic p. 356. ille p. 119. Cf. etiam Urſinus in notis ad Lyricos p. 299. ſq. Equidem Ἐρυσιχαῖος ob nexum cum aliis gentilibus praetuli. Nempe ita efferri ſolent gentilia, ut Ἀθηναῖος, Εὐρωπαῖος, Κρηταῖος, Ζαγκλαῖος et plurima. Caſaubonus enim contrariam rationem in prolixiori nota, quae ad κρίσιν loci proxime nihil praeterea valet, ſecutus eſt. Scribit autem ἐρισυχαῖος, cum ſic deberet ἐρυσίχαιος.

3) Pariſ. Medic. 3. Κλυδωναίου; Venet. Κλυδωνέου; Moſcov. Καλυδωναίου. Caſaubonus in nota emendat Καλυδώνιος; recte, quia ſenſus alias luxatus disjungitur. Poſt Vatic. 174. (ſic) Moſcov. Medic. 1. 2. ἀπ' ἄκραν. At ipſa haec verba: ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας deſunt in Vatic. 173.

4) Venet. Moſcov. Pariſ. Medic. 1. 2. 3. ὡς, et ſic Guarinus *prout*. Ὡς etiam habent edd. ante Caſaubonum, qui dedit οὗ; concinnius certe, nec, quod videtur, invitis libris et adſentientibus Vaticanis, ex quibus quidem nihil contra notatum inveni. Antea ed. Aldi ἡ Ὤλενος; ed. Hopperi ἥ Ὤλενος, ſatis vitioſe; Xylandri corrupto accentu ἥ. Ὤλενος.

5) Moſcov. Medic. 1. 2. 3. edd. Aldi, Hopperi Ἀρακίνθῳ, nec aliter ex Noſtro refert Euſtathius ad Homer. Il. 2, 639. p. m. 235. et Guarinus. (*Aracintho.*) Sed rectius ſupra p. 450. extr. ut alii utriusque linguae auctores, per y efferunt, quorum loca conlecta ſiſtit Palmerius in Gr. ant. 4, 10. p. 447. ſq.

5*) Malim Λυσιμάχεια, ut ſcribitur uſitate Thraciae urbs cognominis, cui noſtram, quamvis ex finium confuſione vel mutatione Aetoliae tributam, Stephanus ſubjungit. Incolae, illius certe, in numis etiam ſcribuntur Λυσιμαχεῖς. Cf. ad epitomen libri 7. extr. Noſtra tamen etiam

Ad Aetoliam pertinuit etiam Olenus, cujus in Aetolica recenſione meminit Homerus: nunc veſtigia duntaxat ejus reſtant prope Pleuronem ſub Aracyntho. Fuit etiam Lyſimachia in vicinia, ipſa quoque deleta, ſita ad palu-

σίον, ἠφανισμένη καὶ αὐτὴ, κειμένη πρὸς τῇ λί- Acarnania.
μνῃ, τῇ νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ, πρότερον δ' [6] Ὕδρᾳ,
[7] μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως, ἡ κώ-

etiam per ι adparet in Polybio 5, 7, 7. Nota eſt utriusque formae variatio, et inconſtantia librorum. Sic Ἀκάδημος facit Ἀκαδημία et Ἀκαδήμεια; a Κάλαυρος deſcendit Καλαύρεια et Καλαυρία et ſimilia plura. Codices certe hic omnes ι praeſcribunt cum editionibus. Verba πλησίον — Λυσιμαχία deſunt in Medic. 2.

6) Forte legendum Ὑρίᾳ. Nam de Hydra lacu hoc loco nullus meminit. At Ovidius Metamorphoſeon lib. 7. [v. 371. 380.] bis aliter Hyrien nominat, quae verſa fuit in lacum ejusdem nominis circa haec loca, et videtur eadem eſſe, quae pagina ſuperiore Straboni dicitur Οὐρία: tamen nihil affirmo. *Palmerius in exercitt. in Gr. auctor. p.* 327. Cum codices omnes reluctantur mutationi, tum, quod gravius eſt, parum certus Hyries illius ſitus, qui ad Boeotiam potius referendus videtur, in qua notum Hyries nomen. Cf. viri docti ad Ovid. c. l. Fuerunt omnino in hoc tractu plures lacus, et ſic in Lyſimachiae vicinia Trichonidem commemorat Polybius 5, 7, 7.

7) Rurſus ad eundem locum haec nota dabitur. Xylander [ſecutus nempe priores] male haec a ſuperiori diſtinxit, et ideo male interpretatus eſt, tamquam ſi pagus Conopa inter Pleuronem et Arſinoen urbem conditus fuiſſet ab Arſinoe. At ipſa urbs Arſinoe condita fuit ab ipſa Principiſſa, et ſuo nomine nobilitata, quae antea pagus tantum erat, nomine Conopa. Igitur ſine diſtinctione, tollendo punctum inter Ὕδρα et μεταξὺ, ſic lege: πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ νῦν Λυσιμαχίᾳ, πρότερον δὲ Ὕδρᾳ, μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως ἣ κώμη μὲν ἦν etc. Videtur Xylander ſuſtuliſſe articulum ἣ, et legiſſe ſine articulo κώμη, et ideo non refert κώμη ad Ἀρσινόης. *Palmerius c. l.* Recte monuit ad nexum continendum, quem lubenter audivi. Tantum pro ἡ, quod occupabat omnes editiones, eadem de cauſa dedi ἥ. Mox Κονῶπα haeret in omnibus libris. At Polybius 4, 64, 3. 5, 7, 7. Κωνωπην ſcribit urbemque facit; Κωνώπην etiam paludem hic memorat Antoninus Liber. cap. 12. f. Tum literam ω in prima

paludem, quae nunc Lyſimachia, olim Hydra dicebatur, inter Pleuronem et Arſinoëm urbem, quae antea pagus erat, nomine Conopa, condita ab Arſinoë, Ptolemaei ſecun-

Acarnania. μη μὲν ἦν πρότερον, καλουμένη Κωνώπα, κτίσμα δ' ὑπῆρξεν Ἀρσινόης, τῆς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου γυναικὸς ἅμα καὶ ἀδελφῆς, εὐφυῶς ἐπικειμένη πως τῇ τοῦ Ἀχελώου διαβάσει. Παραπλήσιον δέ τι καὶ ἡ [8] Πυλήνη τῷ Ὠλένῳ πέπονθεν. Ὅταν δὲ φῇ τὴν Καλυδῶνα αἰπεῖάν τε καὶ πετρήεσσαν, ἀπὸ τῆς χώρας δεκτέον. Εἴρηται γάρ, ὅτι τὴν χώραν δίχα διελόντες, τὴν μὲν ὀρεινὴν καὶ ἐπίκτητον τῇ Καλυδῶνι προσένειμαν, τὴν πεδιάδα δὲ τῇ Πλευρῶνι.

§. 24.

prima tuetur etiam ordo Lexicographorum, Stephani et Suidae. Quare id nunc recepi, relicta tamen terminatione Dorica, quam et in aliis praefert.

8) Mofcov. Parif. Πυλήνη, et fic Guarinus *Pylena*; reliqui codd. cum edd. Πυλίνη. At per η recte effertur, ut fupra p. 451. quod probant Homerus Il. 2, 639. et ad eum p. m. 235. Euftathius, Stephanus, et, quod in primis ferit, Statius Theb. 8, 482. qui *agmina Pylenes* dixit, et 4, 162. *fcopulofa Pylene.* Nec aliter fcribit Plinius 4, 3. f. 2. Commiftio nota. In Ὠλένῳ omnes fervant articulum τῷ, cum alias etiam feminino genere fatis mobiliter ufurpet. Cf. fupra ad p. 451. m. Pro αἴπειάν τε, quod diferte notatum erat ex Medic. 3. et Mofcov. et habent priores tres editiones, dedi αἰπεῖάν τε, quia ufus poftulat. Vitiarunt praeterea edd. Parif. (αἰπεάν τε) et Amftel. (αἰπειάν τε.) Ubi tamen ita in Homero adpelletur, non inveni; at αἰπεινὴ Il. 13, 217. et 14, 116. fenfu quidem eodem.

fecundi uxore eadem et fororore, commode admodum impofita trajectui Acheloi. Pylenae idem prope ufu venit, quod Oleno. Jam cum Calydonem faxofam dicit et fublimem, id de regione intelligendum eft. Monuimus enim, ditione Aetolica in duas partes divifa, montanam et epicteton, (hoc eft adquifitam) Calydoni fuiffe adfignatam, campeftrem Pleuroni.

§. 24.

§. 24.

Acarnania.

Νυνὶ μὲν οὖν [1] ἐκπεπόνηται, καὶ ἀπηγόρευκεν ἐκ τῶν συνεχῶν πολέμων, ἥ τ' Ἀκαρνανία, καὶ [2] Αἰτωλοὶ, καθάπερ καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν· πλεῖστον μέν τοι χρόνον [3] συνέμειναν Αἰτωλοὶ μετὰ τῶν Ἀκαρνάνων πρός τε τοὺς Μακεδόνας καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας· ὕστατα δὲ καὶ πρὸς Ῥωμαίους, περὶ τῆς αὐτονομίας ἀγωνιζόμενοι. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ὅμηρος αὐτῶν ἐπὶ πολὺ μέμνηται, καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί τε καὶ συγγραφεῖς, τὰ μὲν εὐσήμως τε καὶ ὁμολογουμένως, τὰ δ' ἧττον γνωρίμως, ([4] κα-

1) Medic. 2. 3. ἐκπεπόνηκε. Post pro ἐκ Moscov. Medic. 1. 2. 3. Paris. Venet. ὑπὸ, quod et per usum dari illis possit. Sic Plutarchus de profectibus virtutis p. 285. Lips. ὑπ' ἄσθματος ἀπαγορεύειν.

2) Casaubonn. Αἰτωλία, quod et ex suo codice reddidit Guarinus. Mei omnes in vulgata forma persistunt. Hac de causa, et quod alibi Noster regionum et populorum nomina componere solet, eam reliqui. Sic enim lib. 7. p. 323. (p. m. 452.) Μακεδονία καὶ Παίονες. Cf. ad lib. 8. p. 388. (p. m. 319. n. 4.) In sequ. πλῆσον operarum est vitium in edd. Aldi et Hopperi, ut supra in ed. Hopperi τῆς Πτολεμαίοις.

3) Medic. 3. προσέμειναν. Forte librarium offendit structura cum μετά. Tum vero sine re, et mutata tantum, non sublata offensionis causa. Sic infra p. 462. in. eadem structura redit.

§. 24.

Nunc quidem ob continentia bella Acarnanes, Aetoli, ut et aliae gentes, confectae exhaustaeque animis ceciderunt: plurimum tamen temporis conjuncti cum Aetolis Acarnanes adversus Macedonas et alios Graecos, denique etiam contra Romanos bellum pro libertate sustinuerunt. Sed quoniam eorum et Homerus mentionem facit frequentem, et alii poëtae scriptoresque, partim aperte et confesso, partim obscurius: (quemadmodum jam nunc

Acarnania. ([4] καθάπερ τοῦτό που καὶ ἐν τοῖς ἤδη λεχθεῖσι περὶ αὐτῶν ἐπιδέδεικται) προσληπτέον καὶ τῶν [5] παλαιοτέρων τινὰ τῶν ἀρχῆς ἐχόντων τάξιν, ἢ διαπορουμένων.

§. 25.

p. 461. Εὐθὺς ἐπὶ τῆς Ἀκαρνανίας, ὅτι μὲν αὐτὴν ὁ Λαέρτης καὶ οἱ Κεφαλλῆνες κατεκτήσαντο, [1] εἴρηται ἡμῖν· τίνων δὲ κατεχόντων πρότερον, πολλοὶ μὲν

4) Medic. 3. καθὰ περὶ τούτου καί; Moscov. Venet. Paris. Medic. 1. 2. καθάπερ τούτου καί; Moscov. tamen suprascriptum fert τοῦτο; edd. Aldi, Hopperi καθάπερ τούτου που καὶ; Xylander cum ceteris καθάπερ τοῦτό που καί. Tum pro ἐπιδέδεικται Casaubonn. Medic. 3. ἀποδέδεικται, ut lib. 11. p. 530. et alibi. Equidem in neutro mutandi causam video ullam. Τούτου coaluit ex τοῦτό που.

5) Casaubonn. ἀρχαιοτέρων. Mei omnes receptam lectionem tenent. Ipsa haec vocabula passim ab auctoribus, prout res fert, non solum connectuntur, (vid. Demosth. in Androtion. p. 597. Lips. —) sed et promiscue ponuntur. Sic Demosthenes paullo post ἀρχαῖα eadem dicit et παλαιά; quos ἀρχαίους vocat Demetrius Phalereus §. 67. eosdem Dionysius in arte rhetor. cap. 8, 1. innuit voce παλαιούς, et sic Hesychius ἀρχαῖον explicat παλαιόν, etsi istud altius descendit. Παλαιοτέρων commode potest suum locum tenere.

1) Medic. 2. corr. εἴρηταί μοι. In sequentibus post ὁμολογούμενα in eodem deest δέ. Tum idem ex corr. pro εἰπόντων dat εἰπόντες. Deinde Medic. 3. τὶς λοιπόν; Paris. Moscov. Medic. 1. 2. 3. λόγος ἡμῖν, inverso verborum ordine. Denique Medic. 3. corr. πρὸς αὐτῶν.

nunc ex nostris sermonibus potest intelligi esse demonstratum) adsumamus quaedam de vetustioribus, quae vel pro principiis usurpare possumus, vel pro disquirendi occasione.

§. 25.

Initio jam a nobis dictum est, Acarnaniam fuisse a Laërta et Cephallenibus occupatam. Qui vero antea tenue-

μὲν εἰρήκασιν· οὐχ ὁμολογούμενα δὲ εἰπόντων, ἐπιφανῆ δὲ, ἀπολείπεταί τις ἡμῖν λόγος διαιτητικὸς περὶ αὐτῶν. Φασὶ γὰρ τοὺς Ταφίους τε καὶ [2] Τηλεβόας λεγομένους οἰκεῖν τὴν Ἀκαρνανίαν πρότερον, καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῶν Κέφαλον, τὸν καταςαθέντα ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος κύριον τῶν περὶ τὴν Τάφον νήσων, κυριεῦσαι καὶ ταύτης τῆς χώρας· ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῦ Λευκάτα νομιζόμενον ἅλμα τούτῳ πρώτῳ προσμυθεύϋσιν, ὡς προείρηται. Ὁ δὲ ποιητὴς, ὅτι μὲν ἦρχον οἱ Τάφιοι τῶν Ἀκαρνάνων, πρὶν ἢ τοὺς Κεφαλλῆνας καὶ τὸν Λαέρτην [3] ἐπελθεῖν, οὐ λέγει· [4] ὅτι δ' ἦσαν Φίλοι τοῖς Ἰθα- Acarnania.

2) Moscov. ut supra p. 459. Τηλεβύας, scripto etiam ο supra υ. Post ante καταςαθέντα articulum abjecit Medic. 2. quem etiam ignorant editiones ante Casaubonum. Sic post ante περὶ τὴν Hopperus cum Xylandro omittit τῶν, pro quo in ed. Aldi vitiose legitur τόν; item τὸ deest in Medic. 1. 2. ante ἀπὸ τῦ Λευκάτα.

3) Casaubonn. ἐπελθεῖν, quod reddiderunt etiam Guarinus et Penzelius. Libri mei omnes cum edd. dant ἀπελθεῖν, ut infra p. 464. f. praeter Medic. 3. Prius ex nexu praeferendum est et historia. Alias enim potius dixisset μετὰ τὸ ἀπελθεῖν, quod tamen alii auctores rejiciunt, qui docent, Laërten Acarnanes imperio tenuisse, quippe quos Cephallenum nomine comprehensos (v. supra p. 452. (p. m. 66.)) ad Trojam duxit ejus filius Ulysses, (Homer.

nuerint, cum multi dixerint parum inter se consonantia, satis alioquin aperta: relinquitur nobis quasi arbitrium quoddam de his ferendi facultas. Aiunt Taphios et eos, qui Teleboae sunt dicti, principio Acarnaniam tenuisse, atque principem ab Amphitruone constitutum, Cephalum, insularum, quae Tapho sunt propinquae, etiam Acarnaniam obtinuisse: hinc et saltum a Leucata (qui creditus fuit) huic primo tribuere, ut dixi. At vero Homerus Taphios Acarnanibus imperasse, antequam eo Cephallenes Laërtesque venissent, non dicit: amicos Itha-

Acarnania. Ἰθακησίοις λέγει, ὥςτ' ἢ οὐδ' ὅλως ἐπῆρξαν τῶν τόπων κατ' αὐτὸν, ἢ ἑκόντες παρεχώρησαν, ἢ καὶ σύνοικοι ἐγένοντο. Φαίνονται δὲ καὶ ἐκ Λακεδαίμονός [5] τινες ἐποικῆσαι τὴν Ἀκαρνανίαν, [6] οἱ μετ' Ἰκαρίου τοῦ Πηνελόπης πατρός· καὶ γὰρ τοῦτον

mer. Il. 2, 631.) circa quod tempus Mentes Taphiorum rex et dux commemoratur. (Homer. Odyſſ. 1, 105. 181. —) idemque hoſpitii jure cum Ulyſſe conjunctus erat, (Odyſſ. 1, 417.) quo ſpectant hic proxim.. Omnino autem Strabo contendit, olim et ante adventum Cephallenum et Laërtae Taphios inſulam tenuiſſe, etſi ab Homero diſerte id non indicetur. Cephalus autem, unde Cephallenia dicta, Laërtae fuit proavus. Vid. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 631. p. m. 232. ubi ſtemma habes expoſitum.

4) Pariſ. Moſcov. Venet. διότι, ut paſſim notavi. Cf. ad lib. 8. (p. 370. p. m. 219.) et alibi. Tum Ald. Hopp. τῆς τοῖς Ἰθακησίοις, inani augmento.

5) Medic. 1. ed. Hopperi τινός. Tum ἐποικίσαι Medic. 3. Vatic. 174. (ſic). Pariſ. pro ἐποικῆσαι, quod cum aliis retinui. Cf. paullo poſt.

6) Vitioſe Ald. Hopp. ἢ μετ' Ἰκαρίου. Xylander οἱ prorſus excluſit, quod recte redire juſſit Caſaubonus. Tum Medic. 1. 3. μεθ' Ἱκαρίου; Medic. 2. μετ' Ἰκάρου. Illud (excepto θ et ſpiritu aſpero) bene habet, itaque hinc reddiderunt Eudocia p. 239. et Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 1, 277. p. m. 56. m. qui tamen ad Il. 2, 581. p. m. 221. f. ad alteram formam deſcivit. Ἰκάριος ſcribit etiam epitome p. 132. Hudſ. Accedunt, qui id confirment, ipſi auctores, in quibus Pauſan. 3, 1, 4. 12, 2. et, praeter alios, Homerus ipſe in ſequ. Mutata tantum terminatione Apollodorus 3, 10, 5. Ἰκαρίων. Diverſus ab hoc plane fuit Icarus, miſero illo caſu notior. De confuſione nominis cf. Muncker. ad Hygin. fab. 130. Sic hic in ſequ. Medic. 2. Ἰκάρου et hinc plures codices, item Ald. Hopper. Ἵκαρον vel Ἴκαρον.

Ithacenſium fuiſſe affirmat: ut aut omnino Homeri aetate non obtinuerint iſta loca, aut ultro ceſſerint, vel in ſocietatem habitationis eos admiſerint. Videtur autem etiam, e Lacedaemone quosdam fuiſſe in Acarnania inquilinos cum Icario, Penelopes patre, eo profectos. Nam

τον καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς ζῶντας παραδίδωσιν ὁ ποιητὴς κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν· Acarnania.

Οἳ πατρὸς μὲν [7] ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
Ἰκαρίου, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα.

Καὶ περὶ τῶν ἀδελφῶν·

Ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι.

[8] Οὔτε ἐν Λακεδαίμονι πιθανὸν αὐτοὺς οἰκεῖν· οὐ γὰρ ἂν ὁ Τηλέμαχος παρὰ Μενελάῳ κατήγετο, ἀφιγμένος ἐκεῖσε· οὔτ' ἄλλην οἴκησιν παρειλήφαμεν αὐτῶν. Φασὶ δὲ Τυνδάρεων καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ [9] Ἰκάριον, ἐκπεσόντας ὑπὸ Ἱπποκόων-

7) Hopper. vitiose εὖ οἶκον — ὃς (hoc et in Parif.) κ' αὐτοῖς. Tum Parif. ἐεδφώσαιτο. Ipfa vero verba Οἳ πατρὸς — τῶν ἀδελφῶν defiderantur in Medic. 3. ut in proximis verfibus ῥα, ubi etiam pro κέλονται Medic. 2. dat κέλλονται.
8) Cafaubonn. Mofcov. Venet. Parif. Medic. 2. 3. poft οὔτε inferunt γάρ. At cum novam hic difputationis partem ponat, quam deinceps fubjecta caufa tuetur, melius cum aliis Msstis et edd. omnibus omittitur.
9) Mofcov. praeponit articulum cum Medic. 1. 3. Tum Medic. 1. 2. 3. Parif. edd. Aldi, Hopperi, ut fupra,

Nam in Ulyffea quidem Icarium ejusque fratres vivos poëta memorat:

Icarii patris haud audent accedere ad aedes,
Ut natam arbitrio proprio defpondeat ille.

Et de fratribus:

Iam pater et fratres pridem quam nubere pofcunt
Eurymacho. —

Neque probabile eft, eos Lacedaemone habitaffe: non enim ad Menelaum devertiffet Telemachus eo profectus: neque alibi eos fedes pofuiffe perfcriptum eft. Traditum hoc exftat, Tyndareum et fratrem ejus Icarium, domo

Acarnania. κόωντος τῆς [10] οἰκείας, ἐλθεῖν παρὰ Θέστιον τὸν τῶν Πλευρωνίων ἄρχοντα, καὶ συγκατακτήσασθαι [11] τῆς περαίας τῦ Ἀχελώου πολλὰ ἐπὶ μέρει· τὸν μὲν

pra, Ἴκαρον dant vel Ἴκαρον. In Ἱπποκόωντος consentiunt omnes cum auctoribus, veluti Apollodoro 3, 10, 5. Pausania 3, 1, 4. — et reddit hinc Eudocia p. 239. Sed in Ἱπποθόων depravavit Eustathius ad Homer. Il. 2, 581. p. m. 221. f. unde et Ἱπποθοωντίδαι in illo subsequuntur.

10) Medic. 2. οἰκ.. et ex corr. οἰκίας. Hic vero οἰκείας aliorum praeferri debet, sc. ubi χώρας, πατρίδος melius subintelligi potest. Commutatio et in nostro frequens, de qua cf. Wesseling. ad Diodor. 2, 3. Fischer. ad Palaephat. 1, 9. et passim ad Strabonem notata.

11) Vatic. 174. Paris. τὴν πέτραν τῦ Ἀχελώυ πόλιν; Casaubonn. τῆς περὶ τῦ Ἀχελώυ πολλά; Venet. τῆς περὶ τῦ Ἀχελώυ πόλιν; Medic. 1. τὴν περαίαν τῦ Ἀ. πολλήν; 2. τὴν περαίαν τῦ Ἀ. πολλά, et ex corr. πόλιν; Medic. 3. Moscov. τὴν πέραν τῦ Ἀ. πόλιν. Edd. omnes τὴν περαίαν τῦ Ἀ. πολλά. Guarinus vertit: *multum trans Acheloum plagam occupatam inter se partivisse.* Casaubonus emendat: τῆς περαίας τῦ Ἀχελώυ πολλά, sic ut ἐπὶ indicet conditionem, qua illi adquisitae terrae partem praemii loco obtinerent; quem usum verbi probat ex Euripidis Iphigenia in Aul. v. 29. et Hippolyto v. 459. et ex pluribus auctorum locis adstruxit Wesseling. ad Diodor. 2, 24. Et sic saepe omnino usurpatur. Eleganter sane et cum minima mutatione. Recepit Siebelis in Ἑλληνικοῖς suis p. 93. Certe vox πολλά ob adjunctum μέρει dimitti nequit, et male in πόλιν transiit, ut τῇ περαίας accommodaretur, ex πολλήν. Quod cum vere codd. adferant, ita etiam commode, opinor, reddi potest. Πολὺς de spatio, tractu longo dici vel cum genitivo Substantivi, vel adjecto eodem casu, satis ex Nostro constat. Περαία in hoc nexu Substantivi vim tenet, ut παραλία, οἰκεία. — Eustathius ad Homerum Odyss. 1, 277. p. m. 56. m. et Eudocia p. 239. contracta haec referunt: καὶ τὴν πέραν Ἀχελώυ. Post Medic. 2. corr. minus bene ἐπὶ μέρη.

mo ab Hippocoonte pulsos, ad Thestium, Pleuroniis tunc imperantem, venisse, eumque adjuvisse in occupandis multis partibus sitae trans Acheloum regionis, quarum ipsi aliquas ferrent. Tyndareum ducta Leda Thestii filia

μὲν οὖν Τυνδάρεων ἐπανελθεῖν οἴκαδε γήμαντα Λήδαν τὴν τοῦ Θεςίου θυγατέρα· τὸν δ' Ἰκάριον ἐπιμεῖναι τῆς Ἀκαρνανίας ἔχοντα [12] μέρος, καὶ τεκνοποιήσασθαι τήν τε Πηνελόπην ἐκ Πολυκάςης τῆς Λυγαίου θυγατρὸς καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπεδείξαμεν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν νεῶν, καὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας [13] καταριθμουμένους καὶ μετασχόντας τῆς ἐπὶ Ἴλιον ςρατείας, ἐν οἷς κατωνομάζοντο οἵ τε τὴν Ἀκτὴν οἰκοῦντες, καὶ ἔτι· Acarnania.

Οἵ τ' Ἤπειρον ἔχον ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο.

Οὔτε δ' ἡ Ἤπειρος Ἀκαρνανία ὠνομάζετό πω, οὔθ' ἡ Ἀκτὴ Λευκάς.

§. 26.

12) Casaubonus ex Msstis suis excitat μέλος, quod et ex Veneto excerptum erat; sine sensu. Antea Medic. 1. 2. 3. Paris. et edd. Aldi, Hopperi Ἴκαρον, de quo satis antea dictum est.

13) Paris. supra κατ adscriptum gerit ἀκ. Pro Ἀκτὴν Medic. 1. 2. αὐτὴν, ut solent nomina propria et adpellativa sono adfinia commutari. Exempla plurima dedi in notis criticis ad Melam 2, 3, 1. p. 165. sq. Cf. infra ad Strabon. p. 477. in voce τυράννους. Tum in versu Homerico Paris. Medic. 1. 3. οἷδ' pro ἠδ', et pro ἀντιπέραι' Paris. ἀντιπέρ'; Medic. 1. 2. ἀντίπερα; Medic. 3. edd. Aldi, Hopperi ἀντιπέραν, ut duo Homeri codices notante Heynio, Il. 2, 635. Cf. supra p. 453. in.

filia domum rediisse. Icarium, parte Acarnaniae occupata, e Polycasta Lygaei filia Penelopen ejusque fratres procreasse. Enimvero nos demonstravimus in recensione navium, Acarnanas quoque inter eos numerari, qui expeditioni ad Ilium interfuerint: cum ibi nominentur et qui Actam incoluerunt, et praeterea.

Epirum, simul oppositas ad littora partes.

Nunquam vero aut Epirus Acarnaniae, aut Acta Leucadis nomen tulit.

Acarnanes.

§. 26.

p. 462. Ἔφορος δ' οὔ φησι συστρατεῦσαι [1] Ἀλκμαίωνα γὰρ τὸν Ἀμφιάρεω [2] συστρατεύσαντα μετὰ Διομήδους, καὶ τῶν ἄλλων Ἐπιγόνων, καὶ κατορθώσαντα τὸν πρὸς Θηβαίους πόλεμον, συνελθεῖν Διομήδει, καὶ τιμωρήσασθαι μετ' αὐτοῦ τοὺς [3] Οἰνέως ἐχθρούς· παραδόντα δ' ἐκείνῳ τὴν Αἰτωλίαν, αὐτὸν

1) Prave Moscov. Paris. Ἀλκμέωνα; non minus edd. Aldi, Hopperi Ἀλκμαίων γὰρ et Xyl. Ἀλκμαίων' γάρ. Sequens nomen Ἀμφιάρεω corruperunt, terminatione mutata, posteriores duae edd. Paris. et Amstel. in Ἀμφιαράω, quod tamen habuisse etiam videtur in Msstis quibusdam, ut ex conlatorum silentio suspicor. At prius per ε planissime adscriptum erat ex Moscov. Paris. Medic. 2. 3. Cf. de hac forma, quam frequentat in primis Herodotus, notata a Gregorio de dialectis p. 17. Accentum ex penultima retraxi in antepenultimam.

2) Moscov. Medic. 1. 2. 3. Venet. στρατεύσαντα, quod forte possit praeferri, ut a priori verbo, quod expeditionem Trojanam spectat, distinguatur. Sic Apollodor. 1, 8, 5. — Forte tamen librarios structura offendit, ut supra eadem §. 24. p. 460. f. et quod Strabo cum dativo alias connectere soleat. Ita vero Strabo eandem operam in alia re praestitam voluit indicare.

3) Moscov. in ipso contextu οἰκείους, in margine Οἰνέως, quae vera est lectio, ab historia etiam comprobata. Vid. Apollodor. 1, 8, 6. Pro ἐκείνῳ idem et Medic. 1. 2. 3. Vatic. 173. 174. edd. Aldi, Hopperi ἐκείνοις. Falso. Nam Aetoliam restituit Oeneo, vel Andraemoni, ejus socero, ut tradit Apollodor. c. l. Cum nostro tamen in ipso Oeneo consentiunt Antoninus Liber. cap. 37. Hyginus fab. 175. Schol. Aristophan. ad Acharn. v. 417. Cf. quae in hanc rem conlegit Verheyk ad Antonin. Liber. pag. 249.

§. 26.

